Arthemisia Ysido. Arthemisia est herba dyane agẽtibus cõsecrata. vñ ⁊ nuncupata: Dyana siquidez grece arthemis dr̃. Pli. li. xxv. Arthemisiam que antea parthenis vocabat̃ ab arthemide ꝯgnominatã sicut quidã putãt Etiam dr̃ arthemisia qm̃ sic vocabat̃ vxor regis mãsolei qui voluit eam sic vocari que antea. vt inquit plinius. parthẽis vocabat̃. ⁊ sunt qui ab arthemide arthemisiam cognominatam putant. quoniã priuatim medicatur feminaꝝ malis: Dyascorides. Arthemisia tria sunt genera. Unum est quod vocatur arthemisia monodos. i. mater herbarũ que est fructicosa, ⁊ similis absinthio: folia maiora ⁊ pinguiora hñs ⁊ hastas lõgas: nascit̃ in maritinis locis ⁊ lapidosis: florescit autem estatis tempore floribus albis paruulis graue olẽtibus amaris: Altera arthemisia tagetes nominat̃: que tenera est semẽ habens minutum ⁊ vnam hastam folijs plenam: Nascitur in locis medterraneis ⁊ altioribus. florem mellinũ atq; tenuem ⁊ iocundiorem comparatione prioris ferens. hec a grecis vocatur tagetes vel tanacetũ Et nos in lingua latina vocamus eam thanasiam. vl̃ fm̃ quosdam athanasiam: Et est tercia arthemisia que lepta fillos dicitur nascit̃ circa fossas ⁊ agros. flosculum eius si cõtriueris samsuci odorem habet: ⁊ ipsa amara: Has species arthemisie dyanam dicunt inuenisse ⁊ v̄tutes earum ⁊ medicamina chironi centauro tradidisse. Hec herba ex nomĩe dyane que arthemis dicit̃ accepit nomen arthemisia que calefacit ⁊ siccat: Gal. vj. sim: far. ca: d̃ arthemisia. Arthemisia duplex quidem est herba. ambe tamẽ calefaciũt mediocriter ⁊ siccant. ⁊ ponantur in calefaciendo quidem secunde: in siccãdo v̄o prime intense. vel secũde incipiẽtes sunt quoq; mediocriter subtiliũ ꝑcium.

Operationes.

A Dyas. Arthemisia virtutem habet acerrimam purgatiuã attenuantem calidam ⁊ leptinticã: B Elixatura eius causas mulieris mitigat: mẽstruis imperat. secundinas excludit. mortuos infantes in vtero deponit. constrictiones matricis resoluit. omnes tumores spargit. accepta calculos frangit. vrinã ꝓuocat: herba ipsa tunsa ⁊ in vmbilico posita mẽstruis imperat: C Succus eius mirre mixtus ⁊ matrici suꝑpositus om̃ia similiter facere nouit. D Coma eius sicca bibita. ʒ. iij. stericas causas componit E Si quis iter faciens cum secum portauerit non sentiet itineris laborem.

F ¶Fugat etiam demonia in domo posita. Prohibet etiam maledicamenta et auertit oculos malorum. S ¶Item ipsa tunsa cum axungia ⁊ superposita pedum dolorem ex itinere tollit. In pulvere redacta, et cum aqua vel mulsa potui data intestinorum dolorem tollit. H ¶Arthemisia que tagetes vocat facit ad vesice dolorem ⁊ stranguriam succo data ex vino ʒ ij. I ¶Febricitanti ex aq̃ ea ciatis duas potui datur. K ¶Succus tunsa cum axungia et aceto coxarum dolori medicatur ligata vsq; in terciũ diem. L ¶Ut infantem hilarem facias incende ⁊ suffumigabis. ⁊ omnes incursiones malorum auertet. ⁊ hiliariorem faciet infantem, nervorum dolorem et tumorem trita cum olco bene subacta mirifice sanat. M ¶Dolore pedum graviter veratis radicem eius da cum melle manducare ⁊ ita sanabitur vt vix credi posset eam tantam virtutem habere. N ¶Succo eius cum oleo rosaz febriens perunctus curatur ea. Hanc herbam si cõfricaveris lasaris odorez habet. O ¶Galienus. Ambe species arthemisie conveniunt lapidibus in renibus existentibus et ad calefactões et extractiones secũdaz.



Ca. rl.

ARistologia rotunda. Ysidor⁹. Aristologia dicitur eo q̃ mulieribus fetis optima esse comprobet. Mã post partum superfessa. matricem beneficio vaporis expurgat. Quis genera sunt duo. Una dicitur rotunda eo q̃ radicem habeat rotundam. Altera vero longam habz cũ ramis ⁊ folijs lõgioribus Quin etiam dactilinam vocant. eo q̃ radice sit robore digitali ⁊ lõga. Pli. li. xxv: Aristologie nomen inter nobilissimas herbas gravide dedisse videntur qm̃ esset aristerecses. Nostri materne vocant. Et quatuor eius genera servant. vnũ tuberibus radicum rotundis folijs inter malvam ⁊ bederam nigrioribus ac mollioribus Alterum: mascula radice, quatuor digitorũ longitudine, baculi crassitudine: Terciũ vero longissime tenuitatis vitis novelle cui sit precipua vis omnes colore buxeo caulibus parvis flore purpureo. Platearius. Aristologia vtraq; calida in primo

gradu. et sicca in secundo. Rotunda magis competit medicine Et radix magis q̄ folia. Radix colligitur in hyeme ante productionem florum. Habet autem virtutem dissoluendi consumendi 7 expellēdi venenum possunt autem per biennium seruari. Serapion libro aggregatoris. ca. acanu g. i. aristologia. Eius sunt due species. masculus 7 femina. Et longa est masculus 7 rotunda femina. Rotūda vero duas habet species. Una habet folia similia scissos quasi rotunda odorifera. mollia 7 lenia. 7 habet ramulos oblōgos egredientes ab vna radice 7 florem hūs album interius rubeum fetidi odoris et nullius utilitatis. 7 habet radicem rotundam similem rape. sed longa habet folia longiora q̄ rotunda. et virgas subtiles longas circiter palmi mensuram. Flos eius est coloris purpurei 7 odoris fetidi: qui est in sua operatione similis flori herbeque dicitur actu. Et habet radices in longitudine vnius palmi 7 plus 7 in grossitudine digiti. 7 quod est inter radices est simile ligno bussi et odor eius est pinguis. Et est aristologia longa. Est 7 alia species rotunde que virgas subtiles habet. super quas sunt multa folia rotunda similia foliis semper viue minoris. 7 flos eius est similis flori rute. et radix eius est longa subtilis super quam est cortex grossus boni odoris qua Apotecarij vtunt in confectionibus vngentorum 7 electuariorum. Auerrois. libro Colliget. capitulo de Aristologia Ambe species eius calide sunt 7 sicce in. ij. gradu.

Operationes.

A Aristologia rotunda valet contra asma humida due partes pulueris aristologie. 7 dimidia gentiane conficiant cū melle 7 tale electuarium detur. B Contra epilentiam aristologie rotunde euforbij: castorei. sulphuris viui. fiat decoctio in oleo petroleo vel mustellino vel saltem communi 7 inungatur spina a collo inferius C Ipse etiam puluis confectus in aceto scabiem 7 famem curat. D Contra venenum 7 morsum venenatorum animalium detur puluis eius cum succo mente vel vino. E Puluis eius mortuam carnem corrodit siue sit in vulnere siue in fistula: formeā licinium secūdum profunditatez eius 7 melle inuncto aspergatur puluere aristologie et inmittatur F Ad expellendum fetum siue viuum siue mortuum coquatur radix in vino 7 oleo 7 fiat fomentum. G Dioscorides. Morsibus venenatis aut potionibus venenatis cum vino aristologie ro. z. j. data medetur. 7 imposita id etiam prestat: H Secundinas deponit: Aborsum facit bibita cum pipere et mirra pessario adhibita Similem effectum habz longa sicut rotunda I Sed rotūda plus asmaticis confert 7 subglutionibus 7 frigoribus 7 pleureticis cum aqua bibita singulariter medeā: K Infixa corpori euocat vulneribus sordiciem et putredinem tollit: alta vulnera replet: L Pellis et yris illirice mixta gingiuas et dentes a putredine purgat. M Dyascorides. Virtus est omnibus speciebus eius ca. 7 fetiens. faciūt deniq; ad putredines 7 purgamenta ossium despuenda Et ad frigidas febres. et solitam in feminis purgationem prouocat: potui data. z. j. vel catheplasmatibus imposita: N Ad vsum tamen medicine aptior ē ro. gustu amara. hec enim in emplastris missa caua vulnera replet: O Facit 7 ad viperatum morsum Et ad alia venena extrinsecus posita et dolorem de vētositate pinguī 7 idigesta curat et adiuuat P Etiam asmaticos cum aqua bibita Ad reuma 7 spasmata super omne medicamen vtilis est. Q Frigore exustos in oleo vel axungia porcina cocta calefacit: R Cancrinomata que in naribꝰ nascuntur cum cipero 7 dragontea semina cum melle trita. et in naribus semel et iterum vel tercio imposita perfecte sanat

¶ In febribus acerimis Aristologiā siccam suffumiga fugatq; demonia. Et hilariorem facit infantem suffumigata: ¶ Radix eius purgat fistulam ⁊ ad sanitatez pducit. Et podagricis cū aq̄ dat ¶ Galie. Aristologia dolores q̄ pter opilatōez vl' aliq̄ grossiciē spiritus indigesti rotunda sanat magis q̄ longa: ⁊ stimulos educit. ⁊ putrefactionem sanat. ℞ Et sordida mundificat vlcera. ⁊ dētes ⁊ gingivas clarificat. Adiuvat autez asmaticos. ⁊ singultiantes. Et epilēticos ⁊ podagricos cum aqua bibita. ℞ Sed ⁊ rupturis. ⁊ conquassationibus super aliquod aliud farmacum idonea est:



Ca. xlj.

Aristologia longa: Dyascorides. capō de aristologia. Aristologia dicit a grecis fetalogos ⁊ apiston Cuius tria sunt genera. Longa rotunda ⁊ clematitis: Longa masculus est. que et dactilis dicitur folia habens oblonga ⁊ virgellas tenues longitudine duoz palmorum. florem purpureum pfert. Radix est illi roboze digitali ⁊ odoris boni. Rotunda de qua supō dictum est appellatur femina. folia habēs edere similia. odorata cum viscositate obrotunda et mollia et lenia tactu. multas virgas habens ex vna radice oblongas florem album ⁊ rotundum habet. in medio florem croceuz sed est inutilis. Radix est illi rotūda ⁊ odore non iocunda gusta tamen bramosa de illa in precedenti capitulo dicta. Illa q̄ dicitur clematitis. virgas habet tenues ⁊ longas. folia rotunda et florem similez rute. Radicem oblongam ⁊ tenuem. corium habentem grossum ⁊ odoratum quā pigmentarij ad confectionem olleoz miscent. ⁊ reliquis medicaminibus sicut rotundam. Gali. vj. sim. far. ca. de aristologia inquit. Aristologia longa est subtilium parcium q̄ rotunda. non tamen ipsa inutilis est imo est abstersiue et calefactiue virtutis. ⁊ minus quidem q̄ rotunda abstergit. ⁊ evaporat. calefacit autem non minus. sed forte magis. Unde in quibus opus est mediocriter abstergere longa est melior. sicut in vlcerum incarnationibus. In quibus vero volumus grossiz humorem fortius subtiliare rotūde ē op⁹

Operationes

¶ Avicenna. Aristologia duplex est: Quedam est longa. quedam rotunda. Operationes rotunde in p̄cedenti capō dictu. Sed longa in nascentijs ⁊ vlceribꝰ dignior est. quia calidior ⁊ magis abstersiua: ¶ Mundificat quoq; pectus ⁊ pulmonem ⁊ cōfert dolori lateris cum aq̄ bibita ¶ Mūdificat etiā vlcera sordida. ⁊ excoriatōi generat carnē ꝑ-e

longa. B ¶ Prohibet fraudem vlcerum putridorum. Confert etiam puncture scorpionis et ad multa proficit E ¶ Platearius. Aristologia vtraque calida in primo gradu et sicca in secundo: Rotunda magis competit medicine: et radix magis quam folia. De qua in precedenti ca. dictum est.



¶ Ca. xlij.

Arbor glandis. Sera. li. aggregat. ca. hussos auc. galie. Sapor omnium parcium huius arboris est stipticus et maxime corticis medij inter exteriorem corticem et lignum. Et similiter pellicula que est inter fructum et corticem suum et nominatur gest et abulos. Et fructus quidem fructus est que infrigidat infrigidatione pauca. et possibile quod fit in hoc sicut medicine tepide primi gradus et desiccat. Dyascorides ca. de arbore glandium. Arbor glandis est totaliter stiptica et id in quo est maior stipticitas est pellicula que est inter corticem exteriorem et lignum. et similiter pellicula que est inter fructum et corticem. Plinius. li. xiij. Arbor glandis siue quercus in alto mari nascitur quercus et abies cubitali altitudine et ramis eorum adherent conche. Quercu etiam tingi lanas tradunt. Glosa super Ysaiam. Quercu ariditate concussa defluunt folia. Unde propheta Judeis. Eritis inquit velut quercus defluentibus folijs. Et iterum Basan habet glandiferas quercus que non hominum sed porcorum est cibus. Unde iuxta prophetam Dies domini veniet super quercu basan. Palladius. Arbor glandis siue quercus dicitur quasi quernus. putredine enim difficile cedit in sicco seruata. Ysido. Quercus siue arbor glandis est arbor multum annosa. Sicut legitur de quercu mambre: sub qua habitauit abraham: que fertur vsque ad constantini regis imperium per multa secula perdurasse

¶ Operationes.

A ¶ Dyascorides. Cinis quercus cum oleo mixtus et inunctus mouet sudores. Hoc et ceteri prestant cineres. sed magis quercinus: Lixiuia quoque ex cinere quercus ad vsum medicine efficacissima est hominibus et pecoribus. que tensione pulmonis vexantur. et quibus aliqua venenata res obsistit. Bibita namque statim salutem affert: B ¶ Utilis etiam est vulneribus humectis et in fistulis: C ¶ Et vulnera difficilia ad sanandum et callosa longis temporibus sordida: D ¶ Cottidie itaque lauanda sunt. et sic apto medicamine sananda. quia virtus lixiuie non sanat. sed ad sanitatem disponit vulnera: E ¶ Se. au. gal. Curat nimium fluxum sanguinis menstruorum et sputum sanguinis Et conuenit vlceribus intestinorum et fluxui ventris. F ¶ Et idem Et ego quidem conglutinaui vulnus in quodam quod factum fuit cum ense: G ¶ Cum folio glandis postquam triui in petra et posui super vulnus in circuitu eius H ¶ Et vniuersaliter fructus eius est similis huius virtutis I ¶ Et aliquando administratur in apostematibus calidis in principio eorum et in augmento



Lœke. y^e
cccce. xxix. chap:

Ca. xliij.

Arbor vel lignum vite paradisi

Operationes.

A Hanc naturaliter habēt virtutem: vt qui ex eius fructu comederet ꝑpetua soliditate firmaretur. ⁊ btā immortalitate vestiretur: nulla infirmitate vel anxietate vel senij lassitudine vel imbecillitate fatigaret. B Augustinus sup Genesim. Arbor quidem vel lignum scientie boni vl' mali erat corporale sicut arbores alie in paradiso terre sunt nec cibo erat noxium: Sed dictum est lignum scientie cognoscendi bonum ⁊ malum quia post prohibitionē erat in illo futura trāsgressio: qua homo experiēdo disceret q̄d inter obedientie bonū ⁊ inobediētie malum interesset: C Jeronimus super Leuiticum. xxvij. facies (inquit dn̄s) altare de lignis sethim: ⁊c. Ecce altaris ligna que de lignis paradisi sunt igne vicino non cremātur sed ꝓuriora reddunt. Nec mirum cum etiam amithon genus ligni quanto plus arserit tanto mundius inueniatur. D Glosa sup terciū Regum decimo: Tina ligna imputribilia sunt et spinosa in similitudinē albe spine rotunda quoq; sunt ⁊ candida: Ex eis fctā sunt fultra. s. ad fortitudinē templi sustentacula ⁊ oim̄ musicaꝝ instrumenta:



Ca. xliiij.

Abies dicta eo q̄ pre ceteris arboribus longe abeat. et in excelsum ꝓmineat. Huius natura est exps terreui humoris ac ꝑinde abilis habetur ⁊ leuis: Est autē sine nodo. Et de hac fiūt naues: hanc propter candorez gallicam vocant quidam.

Operationes.

A Palladius. libro. xij. Abies quam vocāt gallicam vtilis est materiam. que nisi perpluatur. est leuis rigida et in operibus siccis perhenne durabilis:

H ¶ Glosa sup Ezechie. xxvij. Ex abieti bus tabulata ceduntur. quibus nauis te xitur ꝓpter leuitatem. iuncturasq; tabula rum mollibus inuicem sese tenentium atq; mordentium. C ¶ Ex li. de natura rer. Abies arbor est leuis ⁊ absq; nodositate q̄ difficilime cedit putredini vermibus autem nunq̄. D ¶ Plinius. li. xij. Abi etis vmbra sicut in glandium quacunq; attigerit est venenum. E ¶ Abieti et pino si quis detraxerit corticez sole thau rum vel geminas transeunte cum germi nat statim moriuntur.



¶ Ca. xlv.

Armoniacum: Serapiō. li. aggre. capitulo Uasac. auctoritate dias coridis. Armoniacum est gummi plante siluestris similis plāte galbani in figura sua: Et nascitur in terra dicta are gemonis ⁊ est in partibus codi. Hec her ba grece dicitur asios cuius radix vlnera tur. ⁊ egreditur lacrimus qui colligitur ⁊ seruatur. sed aliquando de ipso cadit su per terram. quare admiscetur cum eo ter ra ⁊ lapilli ⁊ alie sordes sed melius ex eo ē hadens odorem bonum in quo non sunt lapides nec ligna: ⁊ tendēs ad albedinez cuius fractiones sunt similes fructus oli bani: ⁊ est purum sine sorde. et odor eius vergit ad odorem castorei. ⁊ sapor eius est amarus: ⁊ habet in se pinguedinem ⁊ splendorem cum soliditate. ⁊ illud quod est huiusmodi dicitur carnissima sed illō quod continet terram ⁊ lapillos nomina tur chironia. Et defertur de terra que dr̄ monacon' et est succus plante similis plā te galbani.

¶ Operationes.

A ¶ Paulus ca. de armoniaco valet cō tra tussim antiquam ⁊ humidam ⁊ asma ex grosso ⁊ viscoso flegmate in gutture. B ¶ Pillule armoniaci accipiunt̄ ī ouo sorbili vel distemperentur in melle ⁊ den tur. vel fiunt pillule ex eo ⁊ melle: dent̄ ta men prius pectore mollificato cum dyal tea ⁊ alijs. C ¶ Cōtra scrofulas in pn cipio accipe armoniacum: sal gēma. nitr̄ succum marubij ceram ⁊ resolue armoni acum cum aceto ⁊ dimitte per noctem et postea resolue cum cera ⁊ alijs rebus ⁊ in unge. D ¶ Contra lumbricos det̄ ar moniacum cum succo absinthij ⁊ resolue ipsum in aceto et fiat emplastrum in vm bilico: E ¶ Ut dentes cadant accipe armoniacum ⁊ succum iusquiami ⁊ inun ge dētes ⁊ cadant F ¶ Auerrois q̄nto colliget: ca: de armoniaco ca. est in. iij. et sicca in primo.



Ca. xlvj.

Asa fetida: Sciendum quod asa ẽ gũmi quoddã qđ vocat asa. et huius quedam est odorifera: quedã fetida: Et dicit odorifera q: puum habz fetorem vel puũ odorẽ. Et dr fetida quia p excellentiam habet fetorẽ. Et est gũmi herbe annuiden, z est hñs vehementem igneitatem, sed asa odorifera fit ex succo ipius herbe hñs aliqlẽ odorẽ herbe p dicte Sera. li. aggre: ca. Annuiden. Annuidẽ i. planta cuius gummi est alibit. i. asa fetida. radix eius dr maharoch. p'ãta eius habet stipitem q dr mastatel z est similis ferule. z folia eius sunt similia foliis apij z semen eius latum: Gal: viij. sim. far. ca. de silfio: substantia eius est aerea z vtus gummi eius quod est asa z virtus ramoz z radicum et floris eius est que calefacit calefactione forti z est ca. z sic. in. iij. gdu z illud quod est de ipo maioris saporis ẽ gummi. et ipa planta est calidior z subtilior aliarum plantarum omnium. Et propter hoc est magis resolutiua. z ita lac aliarum arborum omnium. et est in fine caliditatis: et est substantie venenose: nisi q: est plus in ea substantia ignea aerea. Et idem fm aliam trãslationem silfij. calidissimus quidem opos quinimo folia et stipes z radix calefacit generose sunt autez ventosioris substantie oñia. z scdm hoc difficile digestibilia, extorsum tamen corpori apposita operatiora sunt. et maxime omnium opos attractiue sufficienter existens virtutis z cõsumere carnẽ: z destruere habet propter pdictam eius complexionem: Auicenna. li. ij. ca de asa. Asa est duarum spẽrum quarum vna est fetida z altera odorifera: non fortem habẽs odorem. sed calidior earum est fetida. z ẽ herba vehemẽtis igneitatis. in se tota z plurimum quidem huius speciei est cirmẽse z est gumma almaroch. Est ca. in primo sic. in secundo

Operationes.

Abyas. capitulo Silfium. i. asa fetida: Virtus eius radicis est termantica. stomachum inflat. mctuationẽ puocat. indigestibilis est. z vesice contraria accepta. Cerotis mixta et imposita pustulas z scrofas spargit. Oleo addito liuores corporis limpidat: Oleo ciprino vel yrino addita sciaticis frigidum humorem siccat. in aceto cocta z cathaplasmatibus impsita ani causas cõpescit. Hibita venenis occurrit. eustomaca est Et idem calasar Vino additũ alopitias emendat. melius id agens si piper et acetum acceperit. suffusiones oculorum in inicõ detergit. mel le caligines oculorum limpidat. Auicenna. Asa disrumpit ventositates. effugat eas propter resolutionem suam: et est cum hoc inflativa et incidit et resolvit sanguinem congelatum in ventre. cõfert alopitie illinita cum aceto z pipere.

Et quando administrat in cibarijs facit bonum colorem. Et abscindit venas que sunt vt clavi. Et cum inciduntur apostemata fraudulenta mortificantis membra si ponatur asa super ea confert. Et est bona in cura duballet apparentium et occultorum confert empetigini quę bibitur cum aqua granatorum. Confert contritioni lacertorum. Et confert dolori nervorum sicut terano et paralisi. si accipiatur ex ea aureus et misceat secundum quod dicunt cum cera et deglutiat aut si bibatur cum vino pipere et menta: Serapion auctor. Radix huius arboris est desiccativa difficilis digestionis. et est nociva vesice. quando miscetur cum ceroto resolvit scrofulas et exituras: Et quando fit ex ea emplastrum cum oleo aufert lineam quę fit sub oculo et quando coquit in aceto et cortice granati et fit inde emplastrum curat emorroidas ani Et quando bibitur cum tyriaca. est medicamen mortiferorum et venenorum. Et ipsa preparatur et comeditur. s. cum seminibus et sale et est bona stomacho. Et homines scindunt stipitem et radicem et egredit inde lacrimus qui colligitur et siccatur. Et est illud quod dicunt asa. Et melior ex asa est illa que vergit ad rubedinem. et est clara similis mirre habens bonum odorem non similem odori porri nec odorem horribilem subito et quando teritur et infundit cito resolvitur Et quando tenet in ore provocat salivam cito fortius autem quę in tota hac planta est. est gummi et post illud est folium. et post illud est stipes. gummi autem est acutum inflativum quod quando miscetur cum aceto vino et pipere et ponitur super alopitias curat eam. Alia autem que dicit serapion sunt hic posita sm metem dyas. galie. et avicen: quare pro nunc transeo.



Ca. xlvij.

Asarum: Isidorus. Asarum nascit in umbrosis montibus. herba floribus casie similibus Inest quoque flos iuxta radicem purpureus in quo semen continetur vuas simile. radicibus pluribus ac tenuissimis et bene redolentibus. et est vtute similis nardo. Dyascorides: Asarus quam multi nardum agrestam appellant habet folia edere similia tenuia et rotunda florem inter folia iuxta radicem purpurei coloris in similitudine Iusquiami. semen vero simile vuis. habz et radices primas tenues atque nodosas et geniculosas similes agresti. i. gramini odore suaves ac linguam mordentes cum fervore sufficienti. Auicenna. Asarum est herba habens semina plurima cuius radicum nodus est tortus et assimilatur piperi boni odoris linguam mordicantis:

habet florem inter folia apud radicē suā cuius color est purpureus simil' flore iusquiami. Radix eius est magis iuuans q̄ aliquid qd in eo fit. Et eius virtus ē v̄tus acori vel eo fortior Et eo melius est quod subtilis odoris est Nam calidū est ⁊ siccū in.iij.g̃du. Et dr̄ q̄ siccitas eius est maior caliditate ip̄ius: Pli.li.xxvij: Asarum est herba hn̄s folia edere similia. ramos longos. radices numerosas. tenues. odoratiuas: flos eius aureus. grane semine serrulatum. Nascit̄ in montibus.

Operationes

A Cōtra serpentū ictus. valet nō solū mō sed etiam linitū. B Plini:xxj:li. Asaꝝ esse salutare Jecoris tradit̄ vicijs: Axungia sumptum in emina mulsi mirti aluū purgat ellebori mō ydropicis q̄z ꝓdest ac p̄cordijs vulsis ⁊ morbo regio. in musco si addas facit vinū vrinis eiciēdis Cū folia mittit in vmbra effodit̄ atq̄ siccatur. C Aui. Asaꝝ apit ⁊ sedat oēs dolores extrinsecus ꝓpeq̄ infusio eius: et subtiliat ⁊ resoluit mēbraq̄ frigida calefacit. D Cōfert etiam sciatice ac dolori auriū antiquo ⁊ ꝓpe ip̄ius infusis. E Confert iteꝝ grossitudini cornee et opilatōi epatis Eiusq̄ duriciei splenes vesicam et renes. Prouocat eiusq̄ potio sicut elleborus albus in purgatōe vētris cum aqua mellis soluit F Jo: mesue Melius est q̄ ei miscet̄ ad solutionem faciendam est aqua casei cum spica ⁊ aqua mellis. Et quidā infundūt aliquid ex eo in musco. ⁊ ꝯseruatur in vase ꝑ tres mēses Et est illud vinū medicina ad idropisim ⁊ splenem G Substinet aūt asaꝝ de decoctione ⁊ ꝯtritione rem mediocrem ⁊ elaboratio in cōtritōe eius facit ip̄m magis ꝓuocatiuū q̄ solutiuū: H Et est ex rebus facientibus vomitum Et educit ꝑ ventrem Et est ꝓuocatiuū vrine. ⁊ educit coleram et flegma: Et est ex rebus bonis: In quibus est spes iuuamentorū ad opilationem epatis ⁊ splenis ⁊ duriciem eorum. ⁊ morbos opilationū sicut est idropisis ⁊ icteritia ⁊ duricies splenis. et ꝓpe vinum infusionis eius quod diximus: I Et confert iuuamētum magnum febribus opilationū: et febribus antiquis ⁊ inungitur dorsum ⁊ spina ex oleo ip̄ius cum laudano ⁊ facit sudare K Et cōfert opilationi febrium ⁊ prouocat vrinā Et in spermate augmentum facit Bosis eius infusi potio est ab aureis.ij: vsq̄ ad ʒ.iiij: ⁊ pulueris ei⁹.ʒ.j. vsq̄ ad aureos.ij:



Ca.xlviij.

Astragulos vl' astragallos herba est que folia habet longa cum incisuris multis. obliqua circa radicē caules tres aut quatuor. florem iacineti: radices villosas implicatas rubeas preduras hʒ Nascit̄ in petrosis ⁊ aspis locis

Gal. vj. sim. far. ca. Astragulus siue ficus terre siue glādula fruticulosus est hñs radices stipticas: q̄ ꝓpter ex desiccātibus est

Operationes.

A Gal. Nō debiliter cicatrizat vulnera vetera. B Et ventrē fluentē strin git si qs radicē eius coquēs in vino bibat Nascit āt plima ꝑ herba ī neuete arabie



Ca. xlix.

Aspergula. i. herba minuta habēs folia stipitē nodosum ⁊ in quolibꝫ nodo folia in giro posita q̄nq̄ vel sex vel septē ordinata admodū stelle sicut herba q̄ dr̄ rubea vl' sicut alguascen. ⁊ ab eisdē nodis ꝓcedūt alij rami sil'i mō facti cū nodis ⁊ folijs vt̄s in figura cū floribus ꝑuis albis sicut flores oliuaꝝ: Est em̄ ca.

Operationes.

⁊ sic. complexionis.

A Dem̄ duriciē ⁊ ap̄ata dura r̄soluēs ē.

B Qñ fit emplm̄ cū ea hūida ꝯfert apostematibus ⁊ resoluit exteriora ap̄ata.



Ca. l.

Atriplex: Sera. li. aggre. capi: araf Auctoritate diascoridis araf id ē atriplex Olus est de genere duplici ortiuū et agreste fri: est. sed domestica multo frigidior est agresti. Galienus: vj sim. far: ca: andrafasis. Andrafasis siue atriplex siue crisolocanna fri: ⁊ hu. virtutis est humida quidem in: secundo g̃du: a medijs fri. in primo quam quidem tepidam dicebant esse qualitatem qualis et rosis nostris damus. nisi quia non est ꝑticeps stipticitatis. sed ē aquosa ⁊ minime terrestris. sicut malua. sed secundum ventrem facile transit sicut illa ꝓooter viscositatem. omnino autem modicum quod diaforeticum est ei. sunt etiam ⁊ ortulane tam malua q̄ anfradasis multo humidiores ⁊ frigidiores agrestibus.

Operationes.

A Byascorides: Andrafasis: i. atriplex cathaplasmatibus adhibita cruda et cocta papulis imposita medet. B Semen eorum cum mulsa bibitum ictericos curat. Eius virtus est leptintica. cum polenta cathaplasmatibus adhibita et imposita dolorem capitis tollit. C Tumoribus oculorum necesse adhibetur et fatigationem stomachi imposita tollit. D Semen eius nefreticis medetur Et folia eius contusa ⁊ imposita ignem sacꝝ compescunt. E Folia eius comesta dolores vesice amputant. F Similiter ⁊ reuma stomachi ⁊ ventris prohibet comestum febres acutas extinguit. G Et lumbricos rotundos educit Sanguinem reicientibus ꝓdest. Bissintericis comestum auxiliat. H Cathaplasmatibus oculorum vtiliter adhibetur. Reumatismum intestiuorum si adhibetur cōpescit dolores matricis suppositum mitigat. I Serapion auctoritate Rasis Semen eius facit vomere fortiter. Et vidi hominē qui bibit ex eo. ʒ. ij. ⁊ assellauit vsqꝫ ad debilitatē magnam. K Gal' Atriplex domestica multo frigidior est agresti qua propter ⁊ flegmonibus etiam frigidis incipientibus quidem ⁊ crescentibus ac mollibus adhuc et quasi feruentibus ortulana. eis vero que in statu ⁊ declinatione ⁊ indurescentibus ⁊ frigescentibus agrestis sunt conuenientiores Fructus autē eius abstersiue virtutis est. Vñ ⁊ ad ictericos ex opilatione epatis vtilis existit. L Almansor tractatu tercio. ca. de atriplice. Atriplices frigide sunt ⁊ humide. que ventrem molliiscātes bene nutriunt. Ictericis quoqꝫ et calidum habentibus epar beneficium prestant.



Ca. lj.

Auellana Inda similat sine est similima nuci muscate: nisi quia ꝑs vna est aliq̄liter acutior: ⁊ alia est plana ita q̄ possit stare recta sicut calculus q̄ in ludo dr̄ pedes. in ceteris intus ⁊ extra nuci muscate similis est sine odore et sine sapore nascit inclusa in quadam lanugine simili folliculo serici. multociēs defertur inter alias species maxime cū cinamomo a casu. ⁊ ego vidi ip̄m in suo folliculo. est stipticū valde. et equipat sandalis in frigiditate. Sera. li: aggre. ca. faufel. i. auellana inda Est em̄ arbor faufel sicut arbor netegel ⁊ emittit canulas in q̄bus nascit faufel sicut dactili. Et ista herba non est in terris arabū: Et idem auc. ysaac benaram faufel est auellana indica. ⁊ est freūs simil' nuci muscate in q̄litate ⁊ colore suo ⁊ sunt in ea ruge. ⁊ in sapore eius est parū caliditatis cum pauca amaritudine. ⁊ defert ex sini ⁊ est frigida ⁊ fortiter stiptica.

Operationes.

A ¶ Sera. fortificat mẽbra et v̄tus eius est sicut virtus sandali rubei, ⁊ ꝯfert apostematibus calidis q̄ qñ non inueniť poniť pro eo ex sandalo rubeo, et medietas ponderis ex coriandro recenti B ¶ Est eñ fortiter stipticum: ⁊ fortificat mẽbra. C ¶ Et est bonũ doloribus dencium. confirmat dentes cõmotas. ⁊ gingiuas sua stipticitate. et reprimit caliditatem oculi qñ fit ex eo cohol aut emplm:



Ca. lij.

Auena. Plinius. ca. de Auena siue vt greci egilops: Herba est q̄ crescit in segetibus cum folijs tritico similibus simplicibus quidem sed hirsutis cum tenui calamo. habenti in summitate tribus tegminibus ambitum ex quibus ariste similes capillis extant. Sera. li. aggre. ca. kusir. auc. dyasco. Cusir siue causir vl' dolara. i. auena Est herba cuius folia sunt similia folijs frumẽti. nisi quia sunt molliora. ⁊ in summitate calami eiꝰ est semen duabus vel tribus tunicis vestitum ex quibus exeunt ariste similes capillis in subtilitate:

¶ Operationes.

A ¶ Galie. vj. sim. far: capit: de egilops Sapor eius est acutus parum ⁊ acris Et virtus eius est dyaforetica. sic q̄ resoluit apostemata dura: B ¶ Et confert fistulis que fiunt iuxta oculuz. que egilope vocantur: C ¶ Et quãdo fit cũ ea emplastrum cum farina curat scabiem et resoluit apostemata dura. Est autẽ vtcũq; stipticitatem habens vt ⁊ diarrijs que secundum ventrem ꝯferat. D ¶ Et idez libro primo de cibis. ca. de auena Auena est cibus subiugalium non hominũ. nisi forte alicubi famescentes extreme cogantur ex hoc semine panem facere. Extra famem autem per aquam elixum comediť cum vino dulci: aut melle ꝯsimiliter cyfe Caliditate autem sufficiente participat consimiliter illi q̄uis nõ similiter illi durum existens propter quod alimentũ minus exhibet corpori. Et aliter autez in delectabilis est. quia ex ipso fit panis nõ tamen retentiuus ventris aut ꝓuocatiuus vt ꝑus sed in medium secundũ hoc ordinatus est. E ¶ Sera. Mollit duricies Et ideo ad egilopas farina eius catha plasmatibus cõmixta congrue facit:

F ¶ Item eius succus seruatus admixtꝰ farine sextarij in panisculos redigitur. et iterum resoluitur aqua in succi qualitatẽ quoniam v̄sus eius est necessarius. vires aũt habet 'eniter ⁊ efficaciter relaxantes Et ad omnes tumores facientes:



Ca.liij.

Auricula muris. Auicēna. Auricula muris est herba virtuti herbe q̄ vitrum abstergit̄ similis. Et hoc nomē absolutum est duabus herbis quarum vna est quam nominat Galienus habens malue odorem. ⁊ nō hn̄s duriciam: Alteram quā nominauit diascorides estimans ꝙ sit similis volubili: nisi ꝙ habet folia minora compata ad ip̄m: Et est herba expansa sup̄ faciez terre: ꝑuas stipites habens. domestica bona sine odore: nec habens saporē fortē. flores azulinos hn̄s huius semen assimulatur semini coriādri Et yrundines ex ipso edunt: Est autē calida ⁊ proprie cuius origo nō est aque propinqua. Iuuamētum eius est (vt ait musaiach) iuuamentum absinthij. et est res q̄ non est mōstrata simul in duabus plantis Que nota est ex eis (teste galieno) fri: est ⁊ hu. in gradu p̄mo. Altera vero est ex summa medicinaꝝ calidaꝝ: In prima v̄o est stipticitas Altera est desiccatiua rubificatiua.

Operationes.

A Galie. Spinas ⁊ furculos extrahit ⁊ plagas adherere facit Cōfert epilentie bibita Torture q̄z sternutatō e facta ex ea Et eius sternutatio cerebꝝ mūdificat:
B Succus eius curat oculoꝝ caligīes Cōfert ydropicis ⁊ calculosis ⁊ epaticis
C Et herba ip̄a contusa. ⁊ sup̄ vulnus imposita attrahit infixa corpi
D Galie. Succus istius herbe flegma purgat ꝓpter eandem causam.
E Et vniuersaliter loquendo siccatiuam habz v̄tutē. qua ꝓpter etiā vulnera solidat. Et putrescentibus confert:



Ca.liiij.

Azedar vel azedarach est arbor habens fructū similem nabach. ⁊ nominant eum Judei mirabolanū. Et est arbor magna. fructus eius calida in scd̄o ⁊ sicca in fine p̄mi. Fructus ei⁹ fm plimū ē mal⁹ stōacho. ⁊ fortasse īterficit:

Operationes.

A Flos eius aperit opilationē cerebri Radix eius cum vino interficit pediculos B Et auget capillos.



La.lv.

Aetiū. Pera.li.aggre.ca.thal auc: galieni Substantia aceri est subtilis composita ex caliditate ⁊ frigiditate. nisi quia frigiditas est amplior in eo q̄ caliditas. Et desiccat in tercio g̃du prope finem quando fuerit antiquū. Et est nocivum nervis. Galienus: viij. sim. farmacarum. capitulo oxos secundum translationem grecam. Oxos. i. acetum mixte substantie existere. scilicet ca: ⁊ fri. Ambabus subtilibus partibus superat vero caliditatem frigiditas. siccativū vero sufficiēter est hoc farmacum. vt sit tercij gradus iam completi q̄n est forte:

Operationes.

A Byasco. Acetum infrigidat et stiptica t. Et est bonum stomacho: ⁊ provocat appetitum ⁊ abscindit sanguinem a quocunq; membro fluat. si bibatur aut fiat sessio in eo. B Et coquitur cum cibis ⁊ cōvenit cursibus superfluitatū ad ventrem C Et quando infunditur in eo lana non lota aut spongia curat apostēta in principio ip̄orum. D Et restrīgit matricem egressam aut anum exeuntem. Et stringit gingivam sanguinolentam E Et confert vlceribus fraudulentis ⁊ herisipile. ⁊ formice. et scabiei vlcerose. ⁊ impetigini: ⁊ emorroidibus et panaricon. Et abluuntur cum eo vlcera fraudulenta. F Et quando miscet cum pauco furfuris. ⁊ ponitur tepidum super podagram cōvenit. G Et q̄n coquitur cum melle ⁊ linitur cum eo liuor qui fit sub oculo aufert eum H Et q̄n infunditur spongia in aceto que prius fuerit infusa in oleo rosaceo ⁊ apponit fronti convenit sode ex calore solis I Et fumus eius convenit gravitati auditus. et tinitui aurium. K Et quando distillatur in aurem occidit vermes q̄ fuunt in ea L Et quando bibitur calidū confert accipientibus medicinas venenosas.

M Et quādo bibitur cum sale obviat nocumento toxici N Et quando bibitur eradicat sanguisugas que adhesserint gutturi. Et convenit tussi antique: Et quando bibitur calide provenit asmati O Et quando fit gargarisimus cum eo abscindit cursus humorum venientium ad guttur. P Et convenit squinantie ⁊ casui vvule. Et collutio oris cum eo ca· convenit dolori dentiū. Q Paulus capitulo de aceto Fricatio eius cum sale circa volas manuum ⁊ pedum valet contra frenesim ⁊ litargiam



Ca.lvj.

Aqua. Ypocras in li. de aere et aq̄. Aqua que in altis locis siue puli lulentis exurgit mōticulis aquaꝝ optima ⁊ saluberrima saporata: talis v̄o multa vini ꝑmixtione indigēs: est hieme calida. estate vero frigida. Similiter q̄z ille q̄ ꝓfundiusculo exurgunt fonte quaꝝ etiam melior ea que ab ortu solis ⁊ maxīe estiuo tempe decurrit alba perspicua. atz ꝓculdubio est odorifera. que vero lenta est ⁊ grauis putrefactiua Oporiet aūt te esse attentum circa v̄tutes aquaꝝ. vtpute que diuerse in sapore et pondere sunt: de hac em̄ que turbidi. q̄ biberint eoꝝ vētres calidi ac tumidi fiunt.

Operationes

A Ypo. Corpa mac̄ cubiti spatl'e tenues similiter facies q̄m maxime tamen ad splenem confluere cogitur. vnde malus sanguis ꝓcreatur illam non bibētes multa suꝑhabundant cōmestione. B Esuries illis ꝑseuerat atq; crescit. et sitis similiter: suꝑiora ventriū ⁊ media inflantur. qua ꝓpter catarticis fortius illis vtendum est. qui hac egritudine hieme ⁊ estate continent̄ accidit illis aqua citrina et intereunt. C Estate vero dissinteria lienteria lōga ⁊ quaterna laborāt. q̄ morbi naturam ꝑuertunt ⁊ mutant. ⁊ in aq̄m cadunt citrinam ⁊ ꝑeunt iuuenes illoruꝫ pulmonis dolore. alijs quoq; passionib' eoꝝ mentes ꝑturbantibus affligūt. senes acuta fe: ⁊ ardenti ex ventrium ꝯstrictiōe accidente vexantur. Mulieribus apostemata de genere albi fleg̃tis innascuntur neq; concipiunt vel parturiunt. nisi cum magna difficultate atq; molestia. corpa eorum magna ⁊ grossa quanto plus in lōgitudine ꝓceduntur tāto graciliora fiūt menstrua vero iuxta q̄ oportet fluunt. pueri hernia viri causone cruriūq; vulneribus infestantur. Sed qui huiusmodi nature sunt his vitam impossibile est extēdi sed intempestiua senecta p̄ripiunt̄. D Mulieres vero grauide vident̄. cum v̄o tempa partus adueniūt Uteri fetus inanes tumore relaxant̄ cuiusmodi passione detenta matrix quecunq; aque citrine coadunatione intumuerit laborat: ad hāc itaq; q̄ prediximus aq̄ pertinens est. et ea q̄ a calida terra surgit. aut frigido metallo vel ere siue argento vel auro siue sulphure aut alūie. E Aque pluuiales leues ⁊ soporate ac lucidissime sunt. nam sol quod subtilius atq; leuius in attrahēdo assumit. Aque pluuiales cito putrēt. malumq; exalant odorem. quare enim ex multis congregate sunt aquis Ideo leuius alijs putrescere solent ac mutari. F Aqua niualis vel glatialis omnis mala est postquam semel fuerit congelata nunquam in pristinam conuertetur naturam quicquit est saporitum ⁊ leue ⁊ clarum fuerit aut purum id totum gelu aduenīēte recessit. quod vero turbidum remansit.

G ¶ Et sic poteris ꝓbare. si em̄ aquam in vase ad mensuraꝫ positam sub gelu cō gelari dimiseris cunqꝫ congelata fuerit in sole vl' in quolibet calido liquefactam remoueas eadem mensura multo minus inuenies esse similiter autem de gelu et niue. om̄is aqua de niue et similibus peior est omni aqua: H ¶ Aqua frigida debet dari digesta materia. I ¶ Aui: quarto canone ca. de cura fe: in generali: Aqua frigida iuuat in digerendo. Aui. eodem libro: Aqua calida citius ꝯgelat̄ q̄ frigida: Auicenna p̄mo cāone doctrina secunda fen. secūda. summa prima ca. tercio Aqua frigida non debet dari si est humor crudus et grossus: Auicenna. de cura fe. in generali Aqua frigida digerit humorem colericum. Auicēna eodē loco Aqua non nutrit. Auicenna p̄mo canōe fen: secunda: doctrina scd̄a. ca. xvj: Sine aqua non potest esse complementum rei nutrite. K ¶ Auicēna eodem loco Aq̄ currens ⁊ discooperta est melior aq̄rum: Auicenna eodem li. Melior est aqua que super petras vadit q̄ que super lutum: Auicēna eodē libro. Quāto aqua magis longatur a suo principio tanto melior est Auicenna eodē loco Aqua que est estate frigida hieme calida est melior. Auicen: eodem loco. Aqua cocta minoris inflationis et velotioris descensioris. L ¶ Auicenna eodem loco. Aqua pluuialis et spetialiter que in estate colligitur et cū sunt tonitrua est intra meliores aquas. Auicenna eodem loco. Aqua pluuialis impedit pectus ⁊ vocem. Auicenna eod̄ loco. Aque puteorum deteriores aq̄ sunt Eodem loco. Quedam aque generant flegma. ⁊ quedam coleram Eodem loco Aqua paludum ad apostema splenis et ydropisim perducit. Eodem loco Aque non currentes quocūqꝫ modo fuerint nocent stomacho: M ¶ Auicenna eodē loco. Aqua calida corrumpit digestionē ⁊ non tollit sitim illico. Eodem loco: Aq̄ multum calida iuuat in colica et splenis ventositate. Eodem loco. Aq̄ nō nutrit. Auicēna primo canone fen: p̄ma: doctrina tercia. ca. iiij. N ¶ Aqua debet exhiberi materia existenti digesta et v̄tute forti: Galienus: vj. terapētice. ca. ij. Aq̄ tepida facit nauseam. Aui. p̄mo canone fen. tercia. doctrina secunda: ca. viij. aq̄ multum calida constringit cutim: O ¶ Galienus. vij. terapentice. ca. ij. aqua frigida nocet defectis. Galienus eodem loco: Aqua tepida mollit corpus. et humectat ⁊ delectat Galienus eodeꝫ loco: Natans immoderate in aqua alūinosa constringit cutim ⁊ transpirationes intus cōstringit ⁊ si sunt fumose generat fe. Galienus. j. de ac. ⁊ mor. capi. j. Multi in frigida aqua balneati mortui sunt antequam domum venirent. Galienus eodē libro: ca: iij. aqua frigida conueniens est colericis tempe sanitatis ⁊ tempe egritudinis ⁊ hoc si fuerint consueti corpi inconsueto nequaq̄ dare nisi p̄us venerit ad sanitatem: P ¶ Galienus. viij: tera. ca: iiij: Si timeas dare aquam frigidam corporibus colericis propter inconsuetudineꝫ suadeo q̄ non debeas dare: Q ¶ Auicenna primo canone. fen: ij. ca: xvj: doc: ij Terree aque splenem resoluūt. et non coire volentes adiuuant ⁊ aeree corruptōni complexionis vtiles existūt. Gyascorides ca. de aqua. Aquarum omniū natura frigida est ⁊ humida: Aqua que de lapide emanat leuior ⁊ limpidior est ventrem et vrinam procurat. R ¶ Aqua que de paludibus argilosis emanat grauior est aqua cocta salutem corporis operatur et multum medetur. Et quia in om̄ibus infirmitatibus aqua est necessaria: Inter omnes aquas pluuialis optima est: et leuis et dulcis et facilime digeritur: Cito enim calefit. et cito iufrigidatur. S ¶ De fontanis aqua eligitur illa que ad solis ortum tendit ⁊ meridiem et de montibus caluis exit. Hec enim ꝓpinquat pluuiali. que vero contra occidentem currūt ⁊ septētrionem pessime sunt. aque petraꝫ in vesica et renibus curant. et mulierem sterilē faciunt: ⁊ corpori torporē ⁊ rigorē

fontales

Plu:

Fl.

nimium. menstrua stringunt inhibentes egritudini sudorem prorumpe vel fluxū ventris vel nauseam: D ¶ Bias. ca: de aqua marina ſm translationem grecam Aqua marina virtutem habet viscidam ⁊ termanticam ⁊ cacostomaticū vētrem turbat: flegma deponit. U ¶ Colera vero facta ⁊ fomēto adhibita apostemata de alto educit. Buricies spargit: omī bus dyaforesim prestat Neruoꝝ causas componit: Tumorem māmaꝝ compescit X ¶ Inuenitur etiā aqua sulphurea aluminosa ⁊ ferrea que habent virtutem eaꝝ a quibus recipiunt denominationes.



¶ Ca. lvij.

Barba Jouis. Isido: li: ethimolo. Barba iouis ipsa est ſp viua. Sz barba iouis ⁊ sticados citrinum idē est Uñ quidam ait: Barba Jouis sticados sed ſp viua iouis barba. Platearius Barba iouis fri. in. iij. gradu sicca in. ij. Et dr̄ ſp viua qꝛ ſp viridis reperit̄ Itaqꝫ viridis multe efficatie est: Et in medicīs poni debet. Exsiccata vero nō: Uirtutē habet infrigidandi ⁊ alterandi.

¶ Operationes

A ¶ Plagelle in succo eius ⁊ aceto l' agresti intincte valēt ꝯtra calefactionē epatis epytimate: B ¶ Cōtra dolorem in calida causa in ꝑncipio valet ip̄a herba trita ⁊ suꝑposita. C ¶ Cōtra apostemata calida valet ad materiei repcussionē. licꝫ postmodū obsit ꝯstipādo materiā. ¶ D Contra ignis vel aq̄ vsturas. fit vngentū

ex succo eius eius ⁊ oleo roseo ac cera:
E ¶ Cōtra fluxum sanguinis e naribus
quod fit ex ebulitione sanguinis in epate
ac venis in iuuenibus. et in estate plagel
la in succo eius ac aqua rosaꝝ intingit̄ ac
fronti ac timporibus ⁊ gutturi supponit̄
F ¶ Actor Est autē barba iouis species
minor acidule: G ¶ Macer Adiuuat
auditus mire pellitq; dolorem. Altera
vero minor species est istius herbe Quā
semp viuaz dicūt. qm̄ viret om̄i Tpe bar
ba iouis vulgari more vocat̄. Esse refert
p̄dcē sil'em plinius istā Nec minus hanc
predictis posse iuuare. ꝛc.



¶ Ca. lviij.

Barba siluana est plantago aqua
tica. q̄ iuxta aq̄s nascit̄. cuius folia
sunt oblonga in acutū tendentia
erecta sup aq̄ similis folijs plantaginis
nisi quia non sunt ei caste apparētes sicut
plantagini;

¶ Operationes.

A ¶ Vñ in dinamidijs scribit galienus
ca. de curis genitaliū valere ad imp̄gnā
dum: B ¶ Et idem dicit eodem li: de
epilētia. q̄ barba siluana est centūneruia
aquatica. ⁊ ponit̄ simil'iter barba siluana
in antidotario galieni minori. in quodā
medicamine quod incipit medicamē ad
concipiendum.



¶ Ca. lix.

Balaustia est flos maligranati ca
ducus quēdyas. vocat quitinū ca.
de malo g̃nato fri: est ⁊ sic. in. ij. g̃.
Sera. li. aggre. ca. lulitiar. i. balaustia ⁊ ē
flos malig̃nati. ⁊ ex malis granatis. q̄daz
sunt domestica. quedam siluestria. sz flos
siluestris dr̄ balaustia quaꝝ quedaz inue
nitur alba quedam purpurea: ⁊ quedam
rosacea. Auicenna li. ij. ca. de balaustia.
Balaustia flos est granati siluestris per
sici aut egiptij: Et ip̄a quidē qñq; est ru
bea qñq; alba. ⁊ qñq; rosea. Et succi eius
natura est sicut succi barbe hircine. frigi
da est in fine primi gradus sicca in scdo.

Galienus.vj.sim.far.ca: balaustiũ. Balaustium est flos maligranati siluestris. qualis domestico vicinus vehemẽter ãt stipticat gustum nec non desiccatiue ⁊ stitice virtutis est. palam quoq; ꝙ est grossarum parcium si recolamus dicta in quarto horum monumentorum: cum ostentatabamus omne stipticum terrestre esse et frigidum. Nullius autem alterius saporis habz indiciũ Et ideo ponet vtiq; hoc aliquis siccare et infrigidare non debiliter. siquidem non male ostendebat̃ a nobis in q̃rto hoꝝ monumentoꝝ inesse stipticitatem terrestribus et frigidis corporibus. deinde ⁊ apparẽtia testaut̃. Etenim si paratritõibus et alijs vlceribus id apponas citius quidem videbis ad cicatricem procedere. hinc est em̃ ꝙ in emittentibus sanguinem ⁊ dissinterijs adhuc in fluxibus qui in ventre et matrice non est aliquis medicoꝝ scribentium curatiuum negotium cui nõ vtatur hoc farmaco.

Operationes.

A Sera. Balaustia incarnat ⁊ strĩgit ⁊ curat tenasmonem. Et consolidat vlcera intestinorum. Et confert sputo sanguinis ⁊ fluxui intestinorum. Et ꝯfert ad omnia ad q̃ cõfert ypoq̃stidos. B Uicenna Balaustia est cõglutinatiua. ⁊ retinz om̃em fluxum sanguinis ⁊ generat melãcoliam. C Et est bona gingiue sanguinolente. Et ꝯsolidat plagas ⁊ vlcera antiqua. et alhocor: et ꝑcussionem puluerizata desup̃. D Et firmos efficit dẽtes motos. E Et prohibet fluxum sanguinis. Et stringit fluxum intestinoꝝ Et fluxum matricis sanguinem Loco ei⁹ ponitur cortex glandinis. ⁊ caput g̃nati.



Ca.lx.

Balsamus. Dyascorides ca: de balsamo Balsamus arbor est similis licij. ⁊ in eodem statu aut piracanton: folia habet similia rute sed paulo albiora ꝯsemp̃ viridia existentia. flores nõ caducos hñs. Nascit̃ soluz in India curtibus vel locis humidis. est em̃ arbor tenera ⁊ aspera oblõga. stipitem hñs similem viti. Arbor dicit̃ balsamus lignum xilobalsamum semen carpobalsamũ: lac vero vel succus balsamũ. Hic v̄o fructus optimus est. qui est recens atq; vehemẽs odore sincerus serenus. leuis mordẽs atz mediocriter linguam redarguens Adulteratur autez ciprino oleo aut lentiscino aut balsamino siue mirtino vel melle mixto. quod leuiter ꝓbatur. quia aqua in q̃dum missum fuerit oleum sup̃natãs balsamum fundum petens est balsamũ pur̃ vestem non maculat sup̃ asperũ. cuius tãta vis esse dr̃. vt si sol incãduerit in manu

teneri non possit. preterea arbor nimis ē cali, ⁊ sic: extenuans succus autem subtilior est virtutis. Opobalsamum quod appellatur lacrimum est arboris que est similis malogranato vel licio ramosa: ramis tenuibus ⁊ ex albidis in India tantūmodo crescit: Aliqui tamen dicunt et in India nasci fructū hz quasi obrotundū contra medium quasi ventrosum ad capita vtraqz deductum rubicūdum. valde grauem ⁊ plenum: et si frangitur simile melli est. Et si masticatur simile est piperi mordens ⁊ suauiter redolens quod carpobalsamum dicitur: Huius autem arboris lacrimum colligitur diebus canicularibus secundum alios vero tempore autumno Inciditur autem truncus huius arboris per loca ⁊ ramuli ip̄ius: Et sic supponuntur vasa (vt presens figura arboris ostendit) que lacrimum fluens recipiat. Cuius est optimum recens sincerum ⁊ ex albidū ⁊ odore acutum. leniter linguam submordens: sequēs est colore subrufum: Et quasi glutinosuz: tercium est tenuium partiū valde ⁊ perlucidum: Omne autem balsamum quod vetustatem recipit fit rubeuz ⁊ resinatum ⁊ siccum: Quod autem optimum est sincerum est quodqz in aqua mūda stillatum non protinus diffunditur. sz magis desidet: ⁊ postmodum totam aq̄ albidam facit: ⁊ lacti admixtum Illud in caseum stringit vt coagulum: quod enim sincerum non est. in summo aque diffunditur et supernatat. et vt oleum quasi stillam ostendit. Sciendum q̄ balsamus dicitur arbor balsami. Balsamum vero dicitur oleum vel gummi quod melius est dicere: Nam nō est oleum vere quod probatur multis exemplis. Primo eo q̄ videmus adherere labijs vulnerum. Et facile de panno eo infecto lauatur: Similiter dyascorides dicit q̄ in aqua iniectum petit fundum postmodum dissoluitur: ⁊ totam aquam albam facit: ⁊ propterea vocat ipsum lacrimum: Item lignum eius vocatur Xilobalsamum. Et fructus vocatur carpobalsamum Multis modis sophisticatur. Quidam vendunt terpentinam pro opobalsamo. quidam admiscēt parum balsami terpentine. et ita habet odorem balsami. Alij accipiunt succum lemoncelli. vl' foliorum citri ⁊ admiscent terpentine ⁊ addito croco orientali Calefacit ⁊ desiccat in. iij: gradu

Operationes.

A Opobalsami .ʒ. j. datus cum vino superfluitates matricis mundificat. fetū mortuum educit ⁊ mēstrua prouocat bō bace intincta ⁊ supposita conuenit. et dissurriam ⁊ stranguiriam: et lapidem vesice: si etiam fuerit opilatio ex frigido. humore detur cum vino vel virga prius madefacta ex aqua calida erecta inflata iniciatur cum oleo mustellino vel nardino.

B Contra omnes passiones capitis venientes ex frigiditate detur cū appropriato aliquo passioni conueniente.

C Contra quartanam ⁊ cottidianam facta prius purgatione detur cum vino.

D Contra timitum aurium ⁊ humiditate parum instilletur: Contra dolorem dentium ex parte dolenti aliquantulum in aurem distilletur: E Corpa mortuorum incorrupta conseruat. quia quantum dissoluit: tantum consumit F Sera: auc: galie. Opiū balsami est bonū ⁊ substantia eius est subtilis ⁊ virtus eius est q̄ calefacit ⁊ desiccat in secūdo gradu balsamū q̄z est subtilioris v̄tutis q̄ arbor granū, v̄o eius est maioris subtilitatis q̄ oleum. G Idē auc dias. Virtus balsami est que abstergit tenebrositatē visus Et aufert frigiditatē matricis. qn̄ fit nascale cū eo cū cera ⁊ oleo ⁊ expellit secundinam ⁊ fetum: ⁊ quādo fit inunctio cū eo prohibet rigorem. et mundificat vlcera sordida: Et quādo bibitur prouocat vrinam: ⁊ est bonum asmati: H Auicēna. Balsamū aperit opilatōes ⁊ ꝯuenit vlceribus grossis. mūdificat vlcera ⁊ proprie cū yreos. ⁊ extrahit fracturas ossiū.

J ¶ Confert sciatice bibitum. et bibitur eius decoctio ꝓpter spasmū: cōfert visceribus capitis. ⁊ mūdificat caput ip̄m: ⁊ cōuenit epilētie ⁊ vertigini. K ¶ Abstergit pannū ip̄m ⁊ eiꝰ oleū: lignū eiꝰ. ⁊ ip̄iꝰ semen. ꝯferūt dolori vtrorūq; lateꝝ ⁊ stricture anhelitus L ¶ Et dolori pulmonis: ⁊ cōuenit semen eius peripleumonie frigide. ⁊ tussi ⁊ similiter ip̄m oleum



¶ Ca. lxj.

Balsamita. i. sisimbriū Sz sisimbrium vocat̄ mēta aq̄tica ⁊ alio nōie vocat̄ balsamita: Bias. ca. d̄ sisimbrio ſm trāslationē grecā sisimbrion dr̄ cardaminon eo ꝙ cardamo agresti folia hz sil'ia cū folia eius rotūda nascant̄ sicut folia cardami agrestis cū creuerint scindunt se sicut eruca: Virtus est ei ca. diuretica. Paulus ca. de balsamita ca. est ⁊ sic: in. iij. g̃. Aliud est domesticū aliud siluestre. sz domesticū noh̄ est in vsu qd̄ oībus est notū v̄tutē hz diureticā dissoluendi ⁊ consumendi:

¶ Operationes.

A Auicenna. libro vt supra Caro eius inflat. ⁊ folia eius sedant inflationem. et eius flos est subtilior eis. et ei⁹ acteositas est stiptica frangens coleram rubeam: B Et eius semen ⁊ cortex in pannis ꝓhibet tineas. ⁊ eius odor rectificat corruptionem aeris ⁊ pestilētiam. ⁊ acetositas eius abstergit coleram rubeam. C Et aufert pannum quod ē ex cortice eius adustum est bonum in albaras linitum: Et decoctio eius efficit odorem bonum oris. Et est impinguatiua corpis. D Et cortex eius recentis in ore odorez oris efficit bonum. ⁊ eius decoctō similetur cū retinetur in ore. ⁊ acetositas eius valz empetigini illinita. E Eius oleū valet

mollificationi neruorum: ⁊ nō fiat nisi ex
cortice eius. ⁊ conuenit paralisi. ⁊ ipsius
acetositas est mala neruis. ℞ Cōfert
torture oris cum fit collirium ex acetosita
te eius. ⁊ remouet ycteritiam oculi. ℞ Eius
acetositas sedat tremorem cordis calidi.
℞ Et nutrimum est bonum gutturi ⁊ pulmo
ni. ℞ Sed eius acetositas est mala
pectori: et medulla citri cum aceto. si po
tatur ex ea medietas ascariati interficit
sanguisugas transglutitas ⁊ educit eas.
caro ipius est mala stomacho inflatiua.
tarde digestionis. quare oportet vt come
detur cum almuri ℞ Et similiter nu
trita cum melle: est sanior et magis recipi
ens digestionem: et nisi sit plurima. ℞
Et eiusdem quidem folia confortant sto
machum ⁊ viscera. ⁊ postea flos ipius: et
cortex eius ponitur in cibarijs sicut semi
na que pro condimento ponuntur. ppter
sui duriciem ℞ Et ipius decoctio se
dat vomitū colericū. et facit appetitum.
Et oportet quidē ne citrum comedatur
singulariter q̄ non misceat cibo ante se ⁊
post se. ℞ Eius caro facit ventez se
possidere colicam. ⁊ ipsius acetositas re
tinet ventrem. ℞ Et confert solutioni coleri
ce. ⁊ eius semen conuenit emorroidibus:
⁊ in eius semine est virtus solutiua. ℞
Et succus acetositatis eius sedat infirmi
tatem sciaticam mulierum. ℞ De
minis eius pondus. ʒ. ij. cum vino ⁊ chilē
⁊ aqua calida illinitū resistit venenis om
nibus. ⁊ proprie scorpionis bibitum aut
linitum. et eius cortex est vicinus illis:
℞ Et idē de viribus cordis ait. q̄ cor
tex eius confortat cor. ⁊ est tyriaca contra
venena. ⁊ ad hoc valet acetositas eius si
militer. ℞ Yasconides: Citrū preg
nantibus fastidio laborātibus eius datū
stomachum ⁊ nausea mundat. ℞ Citrum et
in potione vini datum medetur querelis
iecoris. ℞ Et aqua tritum ⁊ in spar
sum humidis vulneribus adhibetur. ℞ Et
permonibus ex ea singulare presidium ē.
Cortici austeriori natura concessa. que q̄n
tum valeat ℞ Etiam de ipso odore testatur
modico sumptus: Aut potioni calide de
trius in mense beneficium nature digesti
onis operatur. ℞ Paulus capitulo
de citro: Cortex eius digestionem confor
tat. ⁊ valet contra cardiacam. media sub
stantia eius male digeritur Sed interior
id est acetosa competit vsui medicine. ap
petitum confortat. ⁊ valet contra febres
pestiferas Semina eius sunt diuretica:
℞ Rabimoyses vbi loquitur de citro
dicit. q̄ cortices citri valēt contra egritu
dines stomachi. ⁊ expellunt maliciam in
testini ieiuni. et acetositas eius confortat
spiritus. ℞ Auerrois: capi. de citro:
Cortex eius habet manifestum iuuamen
tum stomacho et epati. ℞ Medulla citri cu
rat combustiones ignis. ⁊ curat mirabili
ter ramicem pueroꝝ. ⁊ potissime si ex ea fi
at vnguentum illo mō. Accipe medullaz
citri subtiliter incisaz ⁊ buliat in axungia
porci recēti. ⁊ postea coletur per petiam:
⁊ iterꝫ reponatur ad ignem. ⁊ in fine mis
ceatur mastix. olibanū ⁊ cera alba. et erit
optimum vnguentum citrinum. ℞
Sed attendendum q̄ quādo aliquod vn
guentum vel emplastrū fit ex citro, debet
fieri ex citro bene maturo Nam sm quod
dicit auicenna Diacitrum et que fiunt ex
citro debent fieri ex citro sole existente in
capricorno. i. a medio decembris vsq; ad
medium Januarij.



Ca. cxxvj.

Cynosbatum. i. aiglentricum: Dyascorides. multi vocant ciricanta Et est arbor nimium spinosa cum radice alta. ⁊ in plurimas partes diuisa. Fructum habet mirte similem sed paulo maiorem. rubeum exterius cū venerit ad maturitatem. ac deintus lanam asprimā Semen eius siccum sine lana. Plinius li: xiij. In egipto ē caparis frutex firmioris ligni semiſq; ac cibi vulgari. caule quoq; vna plurimūq; decerpto. Idem li. xxiiij: Cinobaton q̄ alij cinobaston alij neurosbaston vocant. habet foliū hōis vestigio simile. fert vuā nigrā. in cui⁹ acino habet neru⁹. vñ ⁊ nervus passus dr. Alia ē caparim: q̄ medici cynosbaton appellauerūt.

Operationes.

Dyas. Cynosbatū ventrem stringit quia vtilis est coherentis. medet etiam in cibo ⁊ potu datum. sanatq; fluores ac femineum fluxū: Eius vo radix acrioris virtutis est. Nam apposita cataplasmatib⁹ euocat ē corpe stirpes. Folia etiam eius apposita cathaplasmatibus occurrunt apostematibus. Semen eius granatum est: Plin. Cauenda sunt eius genera pegrima. Siquidem arabicū pestilens. affricū gingiuis inimicū. armaricū vuluis ⁊ oim inflationibus Apulumq; vomitus facit: stomachū et aluum mouet. Idem Diuiſq; tyrsus ad remedia splenis ⁊ inflationes manditur ex aceto conditus. Nervus eius cum mastice ebya manducatus os purgat. // Item dyas: capara q̄ multi cynosbaton vel caprion appellauere ex luctantibus componitur vtilibus. habetq; proijcere ac purgare. ⁊ extenuare. et euētare acredines simulq; adducere ⁊ constringere. Est enim stiptica: Ideoq; stibirosi splenis super omnia iuuat medicamina sicut vide licet iam dictum est supra.



Ca. c xxvij.

Crispula dicitur herba cācri in vnguento marciatō ponit̄ in antidotario galieni minori. Et est herba alba minuta hn̄s folia crispa. virtus eius est calida ⁊ sicca.

Operationes.

A Medet̄ dolores ⁊ egritudines frigidas Est mala stomacho ⁊ opilat cito ⁊ inducit stuporem.



Ca. c xxviij.

Crisocolla. Dyas. Crisocolla aristī q̄ dr̄ v̄ga. est herba s̄m dias. capl'o crisocolla aristin in q̄ est capitellū simile ysopo. radix est illi aspa ⁊ tenuis similis elleboro nigro. gustū hn̄s cip̄ssi sub dulcem ⁊ auster̄. Nascit̄ locis vmbrosis ⁊ saxosis.

Operationes.

A Dyascorides. Virtus est ei termantica ⁊ stiptica. Radix eius peripleumoniacis apta est. B Accipit̄ v̄o in mulsa cocta in purgationib⁹ stericis maximū effectum habet.



Ca. c xxix.

Crisogonium est dictū semen aureum: vel coma aurea. Est em̄ crisogoninm s̄m dyas. herba cuius virga est recta ⁊ alba. folia hn̄s angusta in circuitu sicut abrotanum. ⁊ comā in summo ⁊ in gyro aurosam. in qua ē capitellū obrotundum. radix eius tenuis est. nascitur in locis asperis.

Operationes.

A Dyas. Coma eius bibita cum vino dissurrijs ⁊ morsibus venenatis salutare presidium est B Sciaticis ⁊ cōquassationibus medetur. menstruis imperat C Coagulatum sanguinem ventris et vesice soluit vino aut oximelle bibita catarrum abstinet. ʒ. j. cum vino albo apposita rebus tutas eas a tinea seruat



Ca. cxxx.

Colubrina. Byas. capº de dragõtea id est colubrina. Dragontea sive vt alij asclepias. folia habet aaron similia. sed plura z minora cuius vga vel hasta duobus cubitis est longa. z ipa varia similis serpenti. liuores id est maculas purpureas habẽs solidas vt digitus in qua semen est simile botruo. primo coloris viridis. post maturitatem vo color est ei similis croco. z est gustu mordax. radix eius bulli habet rotunditatem simile aaron cum corio tenui. Nascit vmbrosis locis z hortis. Vera. li. aggre. capi. luff. id est dragontea sive colubrina. Et ẽ maior z minor. Vbi sciendum q maior est q vocatur serpentaria. et illa est habens folia crispa que ponit hic. Minor est illa q vocatur aaron. z est illa habens folia plana pro qua lege caplm aaron z est tercium in ordine Galienus. vj. sim. far. capº de serpentaria. Substantia radicis eius subtilior est substantia radicis aaron. z in sapore eius est acuitas z amaritudo et stipticitas pauca. Et virtus eius est ca. z sic. in primo gradu. Jo. mesue capit. de luff. Luff est planta que dicitur collum draconis. z ex ea est alia planta habẽs folia plana. alia crispa. et radix plana est exterius ad nigredinem attinens. Interius vero est alba. crispa vo exterius cineritia. Interius alba ad citrinitatem declinans. et super vtriusq radicem eleuantur stipites habentes maculas in modum serpentis Melior ps tocius plante est radix. et melior radix est grossa z completa et orta in locis liberis. Et melius tempus collectõis eius est ver. z principium estatis. z crispa calidior est plana. Plana ca. in primo crispa in secundo. Galienus dixit plana calida est in principio secũdi. crispa in fine z verius est. z in vtraq est caliditas z acuitas quasi posita in superficie cum substãtia terrea. sed in plana substantia terrea ẽ vincens plus. z vtraq est abstersiua. incisiua. penetratiua. aperitiua. subtiliatiua humorum grossorum z viscosorum adherencium. Crispa autem ad hec omnia est fortior.

Operationes.

Dyascorides. Semen eius expssum virtutem habet in succo. Nam addito sibi oleo dolorem aurium compescit Lane inunctus in naribus addit polipos maxime curat. z cancros optime sanat / Semínis eius. xx. grana cum pusca bibita caligines oculor emẽdat. Flores eius cum ceperint maturescere si a muliere pgnanti fuerint odorati. abortum faciunt. Virtus est radicis eius ca. vnde ortonoycis more electuarij accepta medicatur Tussientibus z catarr hũtibus maximum prestant effectum: Thoracis tumores curat nõ reuersuros maxime si assa aut cocta accepta fuerit. si cca tũsa z in pulucrem ducta melle addito omnia similiter facere potest. Diuretica est. vẽtrem stimulãt cum vino bibita. vulnera sordida sagedenica cum bryonia al

ba et melle purgat. F ¶ Et cicatrices curare facit. ex qua colliria ad pustulas necessarie fiunt. aborsum facit. G ¶ Imposita dicitur q̄ si quis ex ea radice se tinxerit tutus ab incursu serpentum seruat̄. Aceto mixta maculas limpidat. H ¶ Johānes mesue. Solutōe educit flegma subtile ⁊ grossum Et mundificat ⁊ confortat renes. ⁊ prouocat vrinam. ⁊ excitat coitum. Et est ex ī bus mundificantibus pectus ⁊ pulmones I ¶ Et confert eis super quibus timet̄ frequētia anhelitus. vl' asmaticis ꝓpter exuberantiam humorum viscosorum in eis. ⁊ ꝓpe lo hoc ex succo ei⁹ cum melle. ⁊ rob. ⁊ qn̄q; administrat̄ cum ouis ⁊ valet similiter. K ¶ Et dixit democritus Juuamentum vtriusq; speciei eius magnū est emorroidaꝝ doloribus ⁊ ventositatibus eoꝝ ſm om̄ez modum administratōnis ip̄ius ⁊ sumptum ⁊ emplastratum. ⁊ nos experti sumus. Et experti iuuamēti est sup̄ humore crudo qui est in stomacho ⁊ ī nibus. L ¶ Et dixit galienus resoluit duricies et apostemata dura splenis ⁊ alioꝝ menbroꝝ. ⁊ ꝯuenit vlceribus fraudulentis ⁊ fistulis. et consumit additiones carnium in naribus. M ¶ Et prohibet fieri in eis corrosionem ⁊ cācrum. Succus autem eius distillat̄ in aure cum melle ⁊ cōuenit tinnitui ⁊ surditati ⁊ dolori aurium ⁊ abstergit ip̄ius sordicies ⁊ exsiccat vlcera eius. vtraq; eius species est ex rebus que mundificāt faciem. N ¶ Et auferunt feditatem cutis ⁊ delēt pannum ⁊ lentigines ⁊ morfeam proprie cum melle ⁊ fiat emplastrum ex ea cū melle ⁊ stercore capraꝝ sup̄ podagram ⁊ concussionē neruoꝝ O ¶ Et ꝯuenit eoꝝ doloribus ⁊ suppositio facta ex eo educit mēstrua. ⁊ facit aborsum. et dr̄ q̄ fugat serpētes ⁊ vermes venenosos.



¶ Ca. c xxxj.

Coloquintida. Jo. mesue. capi. de coloquintida. Coloquintida quā perses vocant cucurbitam deserti que nascitur in planta quam etiam fel terre vocant. eo q̄ in toto ambitu ortus eius interficit herbas. Et est quasi venenū eis vnde vocant eam arabes necem plantaꝝ Et eius folia sunt āpla pilosa. ⁊ extenduntur rami eius sup̄ faciem terre sicut extenditur cucurbita in terra super quam iacet duoꝝ est modoꝝ masculus et femina. Et ex eis masculus est sup̄ quem nascit̄. sicut lanugo. ⁊ est grauis cum duricie ⁊ asperitate attinens nigredini. Et laudat̄ ex eis femina. ⁊ ꝓpe habens proprietates bonas vt sit coloquintida grossa. ⁊ quāto grossior ⁊ leuior tāto melior. ⁊ sit vlba laxa leuis ⁊ complete maturitatis. cuius pars eius interior est pulposa laxa ⁊ alba ⁊ leuis ve

hementis albedinis. verum que nõ est cõ
pleta in maturitate mala est cõtristat eñ
suscipientem illam et ventositatem cũ di
fficultate facit ⁊ soluit sup̄habundanter.
⁊ solutione educit sanguinem Et fortasse
interficit: et cum sigillat̃ ex toto germine
plante vt nascatur coloquintida vna ⁊ il
la pernitiosa ⁊ mala ymo est venenũ. ⁊ cũ
in tota regione non est nisi plãta ei⁹ vna
per se nascens est mala Et que nascitur in
terris fortibus ⁊ puluerulentis. aut iuxta
loca reptilium. aut in locis termarũ colo
quintidas facii minores. et sunt similiter
male. que autem nascitur in terris laxis ⁊
arenosis ⁊ liberis est illa que eligit̃. Et cũ
extrahitur pulpa eius ip̄a debilitat eam.
Tempus autem collectionis eius est Au
tumnus. ⁊ proprie dum iam citrinescit. et
remouetur ab ea viriditas. ca. est ⁊ sic. cõ
plexionis in tercio. Et est composita ex p̄
tibus igneis ⁊ terreis adustis. ⁊ est soluti
tiua attractiua superfluitatum. Attracti
ua est ⁊ a remotis multum. ⁊ est ĩsolutiua
incisiua abstersiua. Quatuor sunt que de
bent corrigi in ip̄a. Nocet enim cordi sto
macho ⁊ epati: ⁊ est cõturbatiua. subuer
siua visterum. faciens operationes diffi
ciles. ⁊ aperit orificia venarum apertõne
sanguinem fluere faciente. Et operatur
id vehementius q̄ aloes. ⁊ excoriat vias:
Emendatur enim primum ⁊ secundũ no
cumentum ex ea miscendo ei ex medicinis
cordialibus ⁊ stomaticis et epaticis que
meliorare possunt conditionez eius sicut
additur ei mastix proprie ⁊ gallia et simi
lia. Et emendatur tercium ⁊ qnartum no
cumentum eius cum rebus acquirẽtibus
ei viscositatem. ⁊ glutinositatem. ⁊ remo
uentibus ab ea serositatem. ⁊ cito eam lu
bricare facientibus sicut est dragantum
proprie. ⁊ bdellium ⁊ gummi ⁊ mastix et
similia. Et dicit galienus fiunt autem ex
ea et laudano partes sumendo equales
post fricationem eius cum oleo rosarum
pillule. ⁊ sunt bone ⁊ sane ad ea que opor
tet. Modus rectificationis eius secundũ
q̄ narrauit filius serapiõis. Infundatur
pulpa eius in aqua mellis ⁊ proprie deco
ctionis mirre ⁊ exsiccetur post illud ⁊ tera
tur vltima contritione et administratur
cum aqua mellis predicta. Modus recti
ficationis eius ex inuentione nostra. In
cidatur in munitissimas partes cum inci
sorio: ⁊ inuoluatur subtili inuolutione cũ
glutine draganti: aut bdellij. ⁊ exsiccetur
⁊ conteratur post illud vltima contritõe
⁊ fiant trocisci cum pauco mastice resolu
to in oleo rosarum vel laudano. vel cum
aqua mellis. Hec enim ars facit illaz sine
molestia: Et scias q̄ de decoctione rem
completam sustinet. Et dicit filius gezar
non oportet vt multum teratur. Vltima
enim puluerisatio excoriat vias et venas
Et dicit filius Serapionis. Oportet vt
perueniatur ad vltimum puluerisationis
eius aliter enim vlceraret viscera:. Et mi
hi videtur q̄ vltima puluerizata frãgitur
virtus a permixtione adiunctorum ei. et
pertransit loca viscerum absq; impressio
ne nocumentorum in ipsis. Et forte in ea
in qua non exquisite fit illud. pars tamen
sensata adherens in villis et inuolutioni
bus eorum apostemat ⁊ vlcerat. expellun
tur autem nocumenta ip̄ius a corpore ac
cipiendo aquaz passularum. cum oleo de
amigdalis vel oleo nucum aut aqua mel
lis cum oleis predictis.

Operationes.

A Johannes Mesue. Solutione edu
cit flegma. ⁊ humores viscosos attrahẽs
ip̄os a profunditate menboꝝ B Et
dicit Humay Solutione etiam educit
coleram citrinam. et eius operatio exten
ditur ad neruorum iuncturas. C
Et dicit dyascorides: Non efficit opera
tiones in materijs que sunt in vijs de qui
bus sit curandum et in materijs que sunt
in profundis locis distantibus. D
Et ei⁹ posse magnũ ẽ in mũdificatõe cere
bri l' neruoꝝ lacertoꝝ pulmõis ⁊ pectoris

Et est medicina magna egritudinū eorū sicut est dolor capitis antiqui. ⁊ dolor cra uei. ⁊ emigranea difficilis. epilentia et a poplexia. E ¶ Et ꝯuenit egritudines neruorum omnibus ⁊ vertigini ⁊ descēsui aque ad oculos. ⁊ est res magni iuuamen ti ad asma: ⁊ antiquaꝫ tussim. ⁊ ad dilata tionem anhelitus F ¶ Et est eius opa tio virtuosa ad dolorem iuncturarum. et podagram frigidam ⁊ sciaticaꝫ proprie secundū omnem modum administratōis eius: ⁊ in cristeribus ⁊ collirijs. G ¶ Et confert colice flegmatice et inflatiue iuuamentum ultimū. ⁊ idropisi. Et si sup ponatur in matrice occidit fetum. H Et si ex eo cum aceto forti fricetur morsea sanat eam. ⁊ similiter lepram ⁊ elephanti am. I ¶ Et si euacuetur ꝙ est in testa eius ⁊ impleatur oleo ⁊ buliat in cinere. ⁊ inungātur capilli denigrat eos ⁊ tardat caniciem et prohibet casum eoꝝ. K ¶ Et si distilletur de ea in aurē sanat dolorē eius. ⁊ conuenit tonitui in ea. Et si imple atur in aceto forti ⁊ colluat̄ ex eo os post bullitionem ip̄ius sanat dolorem dentis L ¶ Sera. auct. galieni. Sapor eius est amarus fortis amaritudinis ⁊ quādo su mitur non facit opationem malam neqꝫ periculosam qm̄ velociter egreditur. M ¶ Et quando ponit̄ in cristeribus cō uenit sciatice ⁊ palisi ⁊ colice. ⁊ laxat fleg ma ⁊ humores crudos. ⁊ quādoqꝫ sangui nem. Et quando fit cū ea nascale occidit fetum. et prouocat menstrua. N ¶ Et quando ipsa cauat̄ et extrahuntur interi ora eius. deinde inuoluit̄ circa ip̄a lutum et ponitur in ipsa acetum: et calefit super ignem. ⁊ fit cum aceto oris collutio et au fert dolorem dentium. Et fit suppositoriū cum pulpa eius ⁊ laxat ventrem. Et dum color eius est viridis ⁊ ip̄a est recens et ex trahitur succus eius et fricatur sup sciati cam est iuuatiua valde. O ¶ Dyasco rides: Virtus est ipsi purgatoria obulo vno accepto cū mulsa mixto nitro et mir ra ⁊ melle cocto in modum catapucie bñ purgat. ipse vero pile sicce tunse et mixte ⁊ cristere adhibite sciaticis medicantur. Paraliticis similiter prestolant̄. Flegma ⁊ coleram deponunt. menstruis imperāt Aborsum faciūt: dolorē dentium tollūt. P ¶ Colliria ex inde fiunt. que supposita ventrem deponūt Viridis autem succus peruncus sciaticos curat.



¶ Ca. cxxxij.

Consolida. cap̄. de simphito Simphitum id est consolida Et est maior ⁊ minor. De consolida minori in sequenti capitulo tractabitur Maior consolida nascitur in locis asperis. v̄gas habens similes origano ⁊ tenues. et capi ta sicut thimum. virge lignose ⁊ odorate ⁊ dulces in gustu. ⁊ radix est illi lōga ⁊ ob rufa. grossitudinem digiti habens. Est aliud simphitū quod pictenū vocāt

hastam habet asperam ⁊ longã. duobus cubitis angulosam. abintus inanis est in qua sunt folia aspera ⁊ angusta ⁊ oblõga sicut buglossa. Habet etiam ipa hasta angulos in quibus folia nascunt. flores sunt illi mellini semen habet sup hastam sicut flõmos. Hasta ⁊ frutex habent pulueri similе quod cum carni applicatũ fuerit pus riginem facit. Radix est ei colore nigra. q̃ cum fracta fuerit alba apparet et muscilaginosa. ⁊ ista est consolida maior.

Operationes.

Radix consolide maioris trita et bibita emoptoicis medet. Conquassatões reficit. Tumores spargit. Cũ solis carbaplasmatibus adhibita omnia similiter facere potest. Vulneribꝰ paracolesim facit carnes incisas frustis in cacabo missas in se glutinare facit.



Ca. cxxxiij.

Consolida minor. Gal. viij. simplicium far. capi. Simphitum scom translationem grecaz Inquit. Cõsolida minor ex pmarijs constat vtentibus Habet enĩ quid absterssiuum quo pcentũ in torace ⁊ pulmone pus expurgare natũ est. Habet autem q̃d ⁊ cõgregatiuũ quo ad sanguinis eductiones iuuat. Et continet vltra hoc humiditatem q̃ndã calidã non immoderate, pter q̃ ⁊ dulce apparet gustãtibus ⁊ delectabile odoratum.

Operationes.

Insiticulosum est cum masticaꝝ. Et asperitates in arteria sanat Secundũ mixtionem vero que ex omĩbus pdictis vtentibus simul ⁊ vyafotare sufficiens est. Et colligere ⁊ constringere corpus. Et propterea intestinalibus hernijs apponitur ⁊ ad evulsionem ⁊ scissiones cum oximelle bibitur. Quicũq; vero ad dissinteriam ⁊ fluxum rubeum coquentes in vino dant. vt siccante ⁊ congregante vtunt Et quicũq; ad nefreticа vt purgãte ⁊ mandente Simphitum aliud magnũ simile est virtuti predicti. non tamẽ gustu dulce. neq; odoriferum olfacientibus apparet. sed fm hoc absscedit a predicto Secundum vero q̃ viscositatem quandam ⁊ mordacitatem habz quodãmodo similiter existit. Vtunt autem eo in omnibus quibuscunq; ⁊ prius dicto: Dyascorides. Consolida minor elixa in mulsa pulmonem purgat. reijcientibus sanguinem ⁊ nefreticis cum aqua medet Radix cum vino cocta ⁊ bibita fluxum mulieris stringit. ⁊ dissintericis opitulaꝝ. cum oximelle data conquassationes ⁊ dolores lateris salubernime curat Masticata amputat sitim. Aspredinem faucium mitigat vulneri recenti paracolesim facit Q̃ Consolida secundum Plinij auctoritate vel opinione multoz divino miraculo curat ⁊ rumpit antraces intra duos lapides trita.



Ca.cxxxiiij.

Consolida rubea siue Bistorta, est herba similis pentaphilon nisi quia habet septē folia vtrinq; pilosa, & ideo vocat pentaphilō cuius radix est rubea & tortuosa similis galange sz nō hz acumē, flos ei⁹ auro⁹us, & ipa iudicat. fri. & sic. in. iij. gdu. Sz notandū q̄ est spēs bistorte hñs folia similia lappario acuto nisi quia color foliorū ex vno latere est celestis, & ex alio viridis flos eius rubeus & radix rubea q̄ ab aliqb⁹ vocat bardana minor & ab aliqbus lappa minor. Virtus ei⁹ in oibus sicut vtus pme spēi sz remissior.

Operationes.

¶ Consolida rubea siue bistorta hz vtilitem ꝓsolidandi & ꝓfortandi ꝓceptū. ¶ Contra dissuriā dat pulvis bistorte cum succo plātaginis, ad ꝓstrīgendū mēstrua fiat fomentū ex aq̄ pluuiali decoctōis pulueris ei⁹. vel ex duab⁹ pribus eius, et vna spice. fiat pulvis q̄ aspgatur sup̄ ventrem ipō prius melle calido emplastrato, & iu

vat ꝓceptum. ¶ Ad ꝓceptū inuādū fiat emplm ex pulvere eius & alijs spēbus aromaticis. Pulvis ei⁹ vulnera ꝓsolidat. ¶ Contra vomitū ex debilitate & furore colere pulvis eius ꝓficiat cū albumīe oui & coquat sup̄ tegulā et dat pacienti. ¶ Gal. Radix eius ē abstersiua & vriuatiua & calide ꝓplexionis.



Ca.cxxxv.

Condros apud grecos duo fcat: Nam fcat risum. Unde respōdis mihi grecus interroganti q̄d esset condros dixit furfur farine. Item ꝓdros exponitur quod est aliq̄ cartilago. similiter condros est genus frumenti de quo dicit ascorides. Condros sunt eius due species. In vna inuenitur vnū granum, et in alio duo grana, & quodlibet ipōrum est stamen rula & maioris nutrimenti q̄ ordeum boni saporis, & panis qui fit ex eo minus est nutritiuus quam qui fit ex frumento.

Et species in qua reperiuntur duo grana est plus nutritiua q̄ risum: ⁊ magis ꝯstrictiua ventris ⁊ melior stomacho.

Operationes.

A Gal: li primo de alimētis capl'o de condro. Genus frumenti est condros sufficienter nutritiuū viscosum hñs chimū hoc vocat̄ in libris de arabico trāslatis cādarusiū ⁊ apd̄ aui. cādaros ⁊ candarusio. ꝛc. B Gal: viij. sim: far. ca. condros est q̄dē optim⁹ cib⁹ sicut ⁊ triticū: sz nō ē pñtis negocij de cibo determinare vt farmacū vo emplastice est virtutis ꝯplexōis vo silis est frumēto. pl⁹ illo viscosior ⁊ nutritior. est plus illo siccatiuū. ꝓpter ꝯmixtionem siccantiū farmacorum. C By isco. Condros cōstrictiua est. qñ ip̄m coquitur cū aceto: ⁊ fit linitio cum eo. ⁊ eradicat scabiē vlcerosaz. ⁊ eradicat vngues sissos. D Et curat fistulas q̄ sunt in lacrimali: ⁊ qñ admiuistrat̄ in principio eaꝝ ⁊ fit ex decoctione eius clistere. Et est iuuatiuū vlceribus intestinoꝝ.



Ca. cxxxvj.

Condes. Sera. li. aggre. ca. cōdes auctoritate galieni Illud quod ex eo administratur est radix ipsius: virtus est calida ⁊ sicca in q̄rto gradu. vñ ista medicina vtuntur lauatores lane. ad faciendum lanam lenem ⁊ pulchram qñ fumigant ip̄am cum ea. et est nota: radix eius est acuta. ⁊ in forma sua longa ⁊ rotūda. Diascorides vocatur ip̄am strucium a macro obstrucium: quod quidam radicem ellebori albi putāt. eo q̄ sternutamēta mouet vt ipsum. licet falso: pro quo macer sternutamentum puluis per se mouet eius naribus iniectus vererro non segnius albo id est elleboro. Galien⁹. viij: sim: far. capl'o de strutio. ſm translationez grecam. Strucij radice maxime vtunt̄ acri q̄dem existente secundum gustum ca: ⁊ sic: ſm ꝯplexionem ex quarto fere gradu.

Operationes.

A Byas: Epaticis tussientibus ⁊ ortonoicis medent̄. Morbo regio vtiliter adhibentur cū lacte naribus infuse. cū melle coclearium vnū acceptum ventrem mollit: cum panacis ⁊ capparis radicibus accepte ⁊ bibite calculos vesice frangunt ⁊ excludunt. Sclirosim splenis spargunt B Condes matrici appositum mēstruis imperat: aborsum facit. cum polenta ⁊ aceto positum lepram tollit. C Pustulas cum farina ordei impositu limpidat. Collirijs mixtum caligines oculis detergit. Medicaminibus necessarie miscetur. D Tritum sternutamenta ꝓuocat: cum melle tritum ⁊ in naribus missuz caput purgat: E Sera: De ꝓpetate radicis eius est si accipiatur q̄ abscindit flegma ⁊ melancoliam grossam ⁊ r̄soluit ventositates. F Galie. Radix eius est abstersiua et vrinatiua. mouet sternutationes similiter alijs quecunqz amara sunt gustu ⁊ ca. ꝯplexiōis.. Itē dyas: facit se motum capitulū de elleboro a condisi.

Nam condisi vocat strucium aiens capi talo de strucio. Lanarij vruntur ad sumi gium lane eo q limpidat lanaz. Radices sunt rotunde et oblonge que si bibite fue rint diuretice sunt z calide. ℞ Plini us libro. xxiiij. Condes sive strucium. id ē herba lanaria quibus data iciunis: facit abundantiam lactis ℞ Platearius Strucios id est agrestis cauliculus ca. et sic. in secundo gradu. Succus ac semina foliaq; competunt vsui medicine. Cum inuenitur receptio cauliculi semen caulis agrestis debet poni. Cum autem ipsa. folia debent poni. Succus ita debz preparari Folia conterantur et succus ex preius ad solem desiccetur. per biennū durat. folia viridia poni debent in medi cinis z in vnguentis. Virtutem habet di ssoluendi z extenuandi z diureticam.



Ca. cxxxvij.

Coriandrum. Palladius libro. iij. Coriandrum a mense Marcio seri tur vsq; in Octobrem. amatq; ter ram pinguem. sed z macro solo nascitur. z eius semē quod vetustius fuerit melius putatur humore delectatur z satum bene cum olere quocunq; nascitur. Serapion libro aggre. ca. dyabora id est coriandrū auctoritate galieni. Substantia eius est terrea subtilis. et est cum boc in eo aquosi tas tepide virtutis non pauce quātitatis z in sapore eius secūdum plurimū ē ama ritudo. Et virtus eius est que abstergit z resoluit. Halienus. vij. sim. far. capitulo de coriandro. Virtus eius prima est vir tus calida. Unde dyas. Infrigidativam dicit hanc herbam non recte. composita autem est ex contrarijs virtutibus multū quidem habens amare substantie. q̄ndi catq; subtilium partiū est z terrestris. non modicum autem habens z aquose humi ditatis vel tepide secundū virtutem. habz autem stipticitatem nō modicam in qui bus omnibus operatur quidez varie om nia quecunq; dyas. scripsit. sed puto sic et istere sicut si mox secundū principia plagā tis vel qualitercunq; percussis in aliq̄ parti cula tumor liuidus vl niger fieret. frigida putaretur passio esse et egere dyasoranti bus z calefacientibus farmacijs. Fm eun dem puto modum. si transcenderit aliq̄ calida dispositio ad frigidam obliuiscen dum est prioris. nōiandum vo alio sco nomine. Vel si nomen volueris pmutare sed facere sicut q̄dam q̄ alia q̄dem princi pij. alia vero declinatōis scribūt auxilia: non autem oportet frigida estimare esse declinationis farmaca. Concedendum eñ est berisipilam nominare si quis volu erit huiusmodi dispositionē nō tamē ca. vocare eam pmittendum quando depre ssa ē z remissa. nequaq; ergo tūc quod au xiliatur ei infrigidativū esse putem⁹ sicut Dyascorides vt coriandrum quoniam cathaplasmatum (vt ipse ait) cum pane Vel etiam cum alfitis sanat berisipilam.

certum est herisipilam que vtiq; inflāma
tiua est nunq; sanabit cum pane coriādr̄
sed per id quod infrigidat. Jam ꝓpterea
⁊ nos in anterioribus sermonibus quan
do cum determinata experientia ꝓbare
cuiuslibet farmaci virtutē postulabamus
simplicem enim vt possibile est maxime
potionem eligere cōsulebamus: plurimi
autem medicorū neq; quecunq; plurime
egritudinum mox a principio inuadunt
composita noscunt. neq; quoniaz alia pa
ssio est herisipila certa: alia vero vocatur
ab omnibus nobis iam consuete. ⁊ ab an
tiquis flegmon: alia autem in medio q̄m
multe Hec quidem ⁊ vt vtiq; dicat quis
herisipila flegmosa. Hec autez velut fleg
mones quidem herisipilatos inuenies.
aut velut flegmones aliquando ⁊ neutrū
predominans. At vero et ydemascosus
quando apparet sicut ⁊ herisipilas. sicut
et alius sclirosus. Unde de cōpositis om
nibus non modica haberetur multitudo
latius vero in quibusdaz alijs dictum est
de his. Et in libris terapentice methodi
dicetur. ⁊ nunc est de eis necessarium me
morari q̄ certam herisipilam nunq̄ pre
dictum sanabit cathaplasma: voco autē
certam. quando a colerica humiditate re
pleta fuerit particula: quoniam autē lon
ge ab infrigidando est coriandrum. licet
tibi ex his que scripsit dyascorides addis
core: Scrofulas enim ait dissoluere. quo
niam nullū āt infrigidantium farmacoꝝ
sufficit dissoluere scrofulas: neq; em̄ puto
diascoridem dubitare multa quidem scri
bentem scrofularum sanatiua. om̄ia vero
concordantia et calida complexionibus
⁊ dyaforetica opationibus existere.

Operationes.

A Dyasco. ca. corion id est coriandrū
omnibus est notum. Virtus eius est frigi
dum tritum ⁊ in cathaplasmatibus reda
ctum cum polenta. ⁊ pane triticeo mixtū
⁊ impositum Ignem sacrum extinguit.
B Tumores igneos tollit melle addi
to ⁊ vua passa impositum epimetidas et
tumorem testium ⁊ carbunculos curat. ⁊
collectiōes compescit. cum faba frixa mi
xtum scrofulis ⁊ pustulis prestat effectum
C Semen eius bibitum cum dulcore
lumbricos extinguit. genitalia i. i semina
viri decrescere facit Nam si multum acce
ptum fuerit semen sensus hominis hebe
tescit. aut citius infert necem. Unde non
debet quisquam vsum eius frequentare.
D Succus eius aceto mixtus. aut spu
me argenti ⁊ ceruse ⁊ vino. omnes pustu
las ⁊ caligines ebulientes extinguet Hic
succus viscide est virtutis restringit et re
frigerat. Et ideo proprie ad ignē sacrum
facit. sicut ⁊ folia eius cum succo maligra
nati. ⁊ oleo in potiōe permixtum anima
lia intraneis permixta ignita persequit̄.
E Semen eius ex aqua potatum solu
tionem ventris abstringit. mirum est q̄d
xenocrates tradit si vnum seminis granū
femina biberit vno die ei menstrua conti
neri si duo ⁊ totidez iam diebus quot gra
na sumpserit. F Serapion. Corian
drum distillatur in oculum: ⁊ confert do
lori eius magno cum lacte mulieris. Et
fit emplastrum cum eo ⁊ abscindit humo
res descendentes ad oculum. G Et
idem auctoritate aben mesuay Quando
torrescit semen coriandri stringit ventrez
Et abscindit fluxum sanguinis. qui est ab
interioribus: ⁊ bibuntur de eo duo aurei
cum: iij. ʒ. et dimidia succi plantaginis si
ue eo q̄ buliat. Et si est fluxus sanguinis
ab interioribus mēbris curatur si ponat̄
supra locum fluxus. H Et idem au
ctoritate albugeric. Coriandrum est frigi
dum nartoticum inducēs sincopim ⁊ stu
porem. ⁊ est toxicum. quoniam odoratuz
congelat. ⁊ prohibet fumositates ascēde
re ad caput. Et ideo confert sode et ebrie
tati. Et abscindit fluxū sanguinis. ⁊ strin
git ventrem I Et idem auctoritate
Allexandri Coriandrum prohibet fumo
sitates ascendere ad caput ⁊ ad cerebr̄.

Et propter hoc ponitur in cibis epilenti corum. quando cause epilētie sunt vapores ascendentes a stomacho: ℞ ℭ Et idem auct. acauzi quando coriandrū sic cum infunditur in aqua eius cum zuccaro abscindit virge erectionem ⁊ desiccat sp̄ma: ℔ ℭ Et idem auct. rasis. Si bibātur. ℥.iiij. de succo eius recenti occidit. ⁊ abscindit fluxū sanguinis a naribus quā do odoratur. ℞ ℭ Et idem auct. Ioumay in libro p̄mutationis dixit q̄ pillule galieni sunt ei cōtrarie. Bias. vero p̄ dixit ei cum. s. galienus dixit q̄ coriandrū declinat ad caliditatem q̄m manifestū est ip̄m esse virtutis frigide. Et ex dicto suo q̄ sumitur succus eius occidit. ℞ ℭ Et idē auc. habix. Coriandrum recens est mortificativū. cōgelativū: et si hō vtit eo multum. Vel potum aque eius est toxicum. ⁊ si ponatur aq̄ eius cū aliqua ex alijs herbis ⁊ q̄ cū aqua eius liniunt apostemata sanguinea aut colerica p̄fert ⁊ extinguit eoꝝ inflāmationes. ℭ Omia p̄dicta etiam sunt de mēte Auicēne. li. ij. ca. de coriandro.



ℭ Ca. cxxxviij.

ℭ Ornea arbor sive cranea. Dyasco rides. capi. ℭ Cornea semē et fructū habet simile olive. sed paulo oblongius ⁊ viride. Et vocat grece carnu. quod cum maturatum fuerit obrufum bz colorem bonū in se habens saporem. stipticum est. ⁊ ideo dissolutionem ventris ⁊ dissintericos curat. ⁊ cum in dulcore positum fuerit manducari potest quomodo olive condiuntur cum sale. fri. est ⁊ sic.

ℭ Operationes.

℞ ℭ Dyas. Huius folia cum ligno suo in foco missa sudationem reddunt que illinita zemas optime sanat. ℞ ℭ Galienus. ij. de cibis. capi. de cibis silvestribus ℭ Cornu vero ⁊ bati ⁊ glandes ⁊ ceteri fructus silvestres modicum nutritionis bñt cachochimi sunt ⁊ mali stomacho ⁊ inde lectabilissimi: porcorum vero esca existentes nō domesticoꝝ sed ī montibus motācium ab ipis eñ plurimum bñt alimentū ℭ ℭ Et idem. vij. sim. far. capitu. cranea: ℭ Cranee arboris fructus stipticus est sufficienter esibilis existens. quo circa nullum mirabile attrahere ⁊ fortiter detinere eū ventrem sicut ⁊ mespila. folia vero et germina pontica gustu sunt. ⁊ siccāt fortiter vt ⁊ maxima vulnera consolidare possint ⁊ maxime duroꝝ corpoꝝ. parvis vero vulneribus vel mollibus corpibus cōtraria magis sunt. tendūt eñ hec siccativa plus decente.



Ca. cxxxix.

Cordumenum: Dyascorides capitulo cordilion: id est Cordumenū Herba est que nascitur in Silicia: eius frutex est sarmentosa semen habens rotundum et duplex sicut sunt fabe. viscidum ⁊ odoratum.

Operationes.

A Dyascorides. Semen eius si bibitū fuerit prouocat vrinam ⁊ menstrua. Succus eius virge ⁊ seminis tribus obulis bibitus cum dulcore diebus decem nefreticis medicantur. B Radix eius tūsa et vt electuarium composita toracis causas mirifice curat. Plini⁹. Radix eius potata lapides frangit.



Ca. cxl.

Costus. Auicēna li. ij. ca. de costo: Costi species sunt tres. Una earū est arabica. ⁊ est albus leuis et aromaticus: Et secunda est ynda qui ē niger leuis ⁊ ille amatus est. Et tercia spēs q̄uis odoris qui nōiatur gariofilatus. Bonus autem costus falsificat̄ cū radicibus enule duris. ⁊ ꝓterea non mordicat linguaz. neq; habet odorem fortē. Melior ēst ille q̄ est albus recens plenus nō corrosus. neq; fetidi odoris. neq; mordicans vel ledens linguam. deinde yndus niger lenis. ⁊ niger asemius. ⁊ melior est marin⁹ subtiles hn̄s cortices. Est ca. in. iij. sic. in. ij. In ipso est qualitas amara ⁊ acris valde ⁊ caliditas ⁊ acredo adeo q̄ ipse vlceret. Dyascorides. capit. costus. Costus vtilis ē arabicus. Est autem eligendus albus leuis cum odore plurimo. secūdus est yndicus qui grossior est ⁊ niger ⁊ leuis vt serula: Tertius est syriacus pondere grauis ⁊ coloris buxei cū odore stiptico ⁊ mordaci sapore. hz quidez aliq̄ amaritudinē ⁊ plus

acredinem ca. participās qualitate vtex trahat. Paulus capi. de costo. Costus est ca. 7 sic. complexionis in. iij. gradu

Operationes.

Avicenna. Conuenit omni membro quod indiget calefactiõe. 7 vt ex eo attrahatur humor ex profundo. Abstergit pãnum cutis linitus cum aqua et melle. In ipo est vlceratio 7 ille qui est amarus exicat vlcera humida. Et conuenit mollificationi nervorum. et attritioni lacertorum. 7 est bonus sciatice. 7 emplastr ex eo conuenit litargie. 7 conuenit doloribus pectoris. Et puocat mẽstrua bibitus 7 suffumigatus in traiectorio. et interficit fetum. 7 prouocat vrinam. et extrahit ascarides 7 vermes Et dat vires ad coitum: 7 ipse supponit ad dolores matricis. 7 conuenit dolori matricis fri. bibitus 7 sedenbo in decoctione eius 7 mouet naturam qñ bibitur cum vino. 7 ipe non dat vires ad coitum nisi propter humiditatem supfluaz inflatiuã que est in ipo: Et conuenit rigori linitus cum oleo. 7 cõuenit morsibus omnibus, scilicet morsui vipere 7 alijs morsibus qñ bibitur cum vio aut absinthio. loco eius ponitur piretri medietas ponderis ipsius. Ayas. Costus cum oleo tritus et corpi punctus cum rebus stipticis subuenit. Si autem ante accessionẽ sic vngatur. rigorem in periodica febre. 7 q̃rtanã amputat. ac etiam paliticis 7 sciaticis vl' quibus aliquod membrum calefieri opus est. Unctus extrahet humorez de profundo. in potõne vero quia virtus est ei calida diuretica. menstrua puocat. pessarijs adiunctus idem dolorem matricis mitigat morsibus venenatis bibit' z. ij. opitulatur cum vino 7 absinthio dolorẽ stomachi 7 inflationez. et tota eius vitia compescit. ventrem stimulat: Cũ vino dato lumbricos latos deponit cum aqua potatus oleo mixtus. 7 fricatõi adhibitus torpente frigore calefacit. eadez vnctõe 7 paliticos curat. reumata 7 spasmata 7 dolorem latez sanat. cum aq̃ mulsa trims ad efialas facit. melli mixtus maculas in facie natas detergit. malagmatibus 7 antidotis necesse miscetur. Adulterat autez ꝓmixtus cũ ennle maioribus radicibus sed facile intelligit cum nec odorem costi habeat nec saporẽ movacem. Nam costus vires hz acres stringentes 7 calefacientes Vera auc. gal'. Costus ꝓuenit rigoribus fe. quando linitur cum eo 7 oleo corpus. et conuenit sciatice 7 paliticis. et oñibus in quib' calefacere oportet aliq̃ corpis particulam uel de pfundo ad supficiem attrahere aliquem humorem: Propter eandez autem causam. puocat 7 mẽstrua 7 vrinã 7 confert ad ꝓtritionem lacertoz. 7 ad dolorem lateris. 7 interficit ascarides ꝓter amaritudinem. Et qñ linit cum aqua 7 melle sup emperiginez mũdificat eam. 7 adiuuat ad libidinez: qñ est in eo de humiditate inflatiua 7 ventosa quando sumitur in potu cum vino.



Ca.cxlj.

Cozula vel Melapersica fructꝰ iste est omnibus notus. Serapi.li.aggre.capi.hesmes:i.cozula. Virtus eorum est fri.⁊ hu.in.ij.gradu: Nam proportionātur persicis:

Operationes.

A Et idem auct. Alcauzi: Laxant coleram ⁊ generant humores grossos. Et idē auct. Rasis. Quidam paciebaꝛ̄ fumositates ab aliquo humore existente in stomacho suo. ⁊ dedi sibi aliquibus vicibus de crisomolis.i.cozulis recētibus ⁊ sedatus est ille fumus: Et ego non credo ꝙ reperiatur cibus aliquis frigidior ⁊ magis iuuatiuus stomacho calido q̄ ip̄a ⁊ ideo fastidium tollunt. B Auicenna li.ij.ca. de crisomulis: Meliora sunt armena. non eñ cito aduenit eis corruptō ⁊ acetositas ⁊ cum sumunt̄ crisomula. oportet vt accipiant̄ masticis et anisi equaliter.ʒ.j. vsq; ad.ij.cum vino puro aut vīo de passis parum ⁊ mellis sunt fri.⁊ hu:in.ij.et oleū nucleorum eorum est ca.⁊ sic.in.ij: C Eorum humor est facilis putrefactionis ⁊ eoꝝ infusio sedat sitim. D Et crisomula quidem sunt cōuenientiora stomacho q̄ persica: ⁊ armena non corrumpuntur in stomacho. neq; acescunt velociter. ex eis vero que expellunt eoꝝ nocumentū est vt primo sumaꝛ̄ anisum et mastix cum mina aut vino de passis ⁊ cōficiant̄ cum melle puro. oleum nuclei ipsorum etiam confert emorroidibus grauāt crisomula ꝓpter velocitatem sue putrefactōis. verū infusio siccoꝝ confert febribus antiquis. E Jo.mesue in antidotario suo: Oleū de crisomulis sedat dolorem ani et emorroidarum. ⁊ resoluit tumores vlceꝝ. et impedimentum lingue ⁊ dolores auriū. Rabi moyses idem vult



Ca.cxlij.

Cotula fetida vel oclꝰus bouis: Serapion li.aggre.capi.bichar auc. dyas: Bichar id est cotula habet stipitem mollem et folia similia folijs maratri ⁊ flos eius est citrinus plus flore camomille similis flori cotule. ⁊ ideo nominant eam hoc nomine. Et idem auct. galieni acuitas ⁊ mordicatio sunt in ea plus q̄ in camomilla. ⁊ r̄solutio eius est amplior resolutione ip̄ius. Dyas: ca: butalmos ſm translationem nostrā. butalmos id ē cotula Herba est mollis. cuius folia sunt tenuiter scissa. maratro similia et caul' eiꝰ mollis nascens circa muros ciuitatis flores citrinos hñs. ⁊ vehementer splendentes ac in oculoꝝ similitudinem rotundos Vñ ⁊ nomen traxit floribus camomille similes. ⁊ illa herba q̄ vocaꝛ̄ lingua nostra pucida vel cotula fetida. Est alia butalmos hñs folia coriandro similia: nascēs iuxta muros ciuitatis cuius flores sunt ex toto citrini. ⁊ ista est herba q̄ vocaꝛ̄ in lin

gua nostra oculus bouis vel cotula. Galienus. vj. sim. sar. capi. Butalmū siue semen incorruptum: vel oculꝰ bouinus. vel cotula fetida. nō iatum q̄dem est ita a floribus q̄ videntur ꝑm figuraꝫ similari oculo bouis. ꝑm colorem vero similis est artemidi. magis autem multo ⁊ acrius est ob hoc magis dyaforeticum. vt sanet duricies admixtum ceroto.

Operationes.

A Dyascorides. Folia eius trita ⁊ cerotis addita pustulas et duricies apostematum spargit. ⁊ si flores eius terunt̄ cū croco. B Affirmant aliqui q̄ si post lauacrum et balneum eundem quis biberit bonum colorem restituet. ⁊ facit ipsuꝫ vomere ⁊ maxīe arcuato morbo infectos acris est ⁊ ideo dyaforetica. et propterea schetemata soluit cum ceroto tirsi eius in cibum sumuntur. C Auicēna Odo eius ꝯfert ventositatibus g̃ssis in capite.



Ca. cxliij.

Cotula non fetida. vel oculus vacce Et habet flores nigros ꝑm antiq̄ translationem:

Operationes.

A Dyas. ca. Butalmos. Que translatio corrupta est: quoniā Serapion ex verbis dyascoridis ꝑm aliam translationem Dyascori. dicit q̄ habet flores citrinos similes floribus camomille. ⁊ hoc verꝫ est Nam dicit trāslatio quam allegat sera. Butalmos hastam eijcit mollem. Folia maratri similia florem mellinū hn̄s sicut antimus ⁊ maiorem oculo vacce similem Unde ⁊ nomen accepit. Nascit̄ in ciuitatibus. ꝛc. B Sed ꝑm translatōnem nostram dias. Butalmos habꝫ duas species: Una est que habet folia similia maratro. ⁊ flores similes floribus camomille ⁊ ista vocatur cotl'a fetida. vt in p̄cedente capl'o tractat. ⁊ latine dr̄ pucida, et dyasco. vocat eam partemon. C Alia est que habꝫ folia similia coriandro et flores citrinos nascēs iuxta muros ciuitatis ⁊ vocatur cotula non fetida. ⁊ latine dicitur oculus bouis vel oculus vacce. et grece similiter ita sonat butalmos. sꝫ arabice vocatur bihar. i. oculus vacce, et ideo dicit ad lr̄am. D Butalmos est herba mollis antimo similis. lenes emittens tirsos. ⁊ folia tenuiter scissa ⁊ mollia. simlia maratro: flores citrinos similes floribus camomille. ⁊ ista ꝑm veritatem est cotula fetida que alio nomine vocatur pucida. E Et subdit. Est alia butalmos caulis mollis folia coriādro similia. flores citrinos habens nascens iuxta muros ciuitatis. et ista vocat̄ oculus vacce. vel cotula non fetida: Et de ista herba est hec v̄itas clare intuentibus. lege caplm precedens scꝫ Cotula fetida.



Ca.c xliiij.

Cocognidium. Camelea vl' Mezereon. Camelea grece quasi infima oliua dicta eo q folia simlia olive habet. Hec est que dicitur. mezereon z cocognidium. Unde cocognidiū mezereō z camelea sunt idem. vt apparet p dyas. z sera. Dyas. capi. camelea fm translatōez nram. Camelea aut cocognidium bastas habet sup terrā spansas. palmis duobus longas frutex est ipius sarmentosa. Folia habet similia olive. sed tenuiora z spissa. gustum mordicantia. z gulam exasperantia. Sera. li. aggre. capi. Mezereon auct: dyas. Mezereon. i. camelea est arbustum parū cuius rami sunt apti ad ignem accendendum. z sunt ipi rami extensi super terram. longitudine duoz palmoz hntes folia olive. nisi q sunt subtiliora eis mordicantia z exasperantia linguam. et sunt supramos densa. Gal' vij. fim. far. capit. camelea. Camelea p dominantē hz qlitatem q circa vlcera z qcūqz marie escaras habent cū melle expurgare potest

Operationes.

Dyas. Camelea accepta coleram et flegma deponit. debēt vero fieri trocisci ex his admixto absinthio duplici mēsura z vna pte camelee z catapurie iuncto melle vel aqua. Folia eius imposita vulnera sordida curant Jo. mesue. Mezereon sive cocognidium solutione educit aquam citrinaz cum fortitudine vehemēti: Et dixit Alexāder. Mixtū cum rebus educentibus melancoliam educit ipam: z cum rebus educentibus flegma educit ipm: z absinthium duplicatum ei cum mirabolanis. addunt ei bonitates notas. z faciunt educere coleram. Paius autem iuuamētum quod ex eo expectatur. est ad ydropisim educit eñ aq congregatam in ventre. nocet tamē epati ymo omnibus membris nutritionis ipsi⁹ Et interficit lumbricos z vermes. z solutione educit eos. z serpentes viscerū. Et si fiat vnguentum ex eo et melle curat fistulam z vlcera fraudulenta: Et fit ex aceto decoctionis ipsius ablutio. et confert dolori dentium. z eorum corrosioni. z gingiue sanguinee z mollificationi. Et fit ex eo vngentum z aceto z olio z cera ad scabiem bonū. et fit ex eo linimētum ex sulphure et melle et aceto forti ad mordeam. z lentigines z baras. z delz eas Et qñqz fit confricatio sup morfeaz z baras cum folijs eius z aceto forti. z est vltimum. Et dixit Johannicius Cocognidium valet ad quartanam.

Plinius. li. xxiiij. Folijs in duabus absinthij partibus decoctis eoqz succo cum melle poto. folijs etiam impositis vlcera curantur z purgantur. Ait etiam idem. Quoquomō collectum salutare est oculis iumentoz z pecoz:



Ca.cxlv.

Crocus. Auicenna li.ij.cap̄. de croco: Crocus melior est recens boni odoris siue odoris subtilis. sup̄ cuius pilos est par̄ albedinis: non plurimū Crocus sanus non velociter tingens non inuiscatur neq̄ frangitur. ca. est in.ij.sic. in p̄mo est stipticus resolutiuus digestiuus ⁊ glutinatiuus. ⁊ eius caliditas est fortior stipticitate eius. ⁊ eius oleū est calefactiuū. Platea. Croci sunt due species. Ortensis que in ortis nascit̄. et orientalis que in oriente. Iste in medicinis nō vomicis ponitur In medio flor̄ tres vel quatuor flores parui nascunt̄. Eligendi sunt subrufi vel omnino rufi. qui autem citrinitatis aliq̄d habent abijciendi; in sacc'o stricto de corio seruantur. p̄ quinq̄ annos seruari possunt. Virtutem habent confortatiuaz ex qualitatibus suis. ⁊ ex aromaticitate. Palladius. libro. iiij. In februario mense croci serendi sunt bulbi ⁊ subtiliter si fuerint arte fodiendi. Serapion li. aggre. capittulo. Iamfaram. auc. dyas. Ille qui fortior est in medicina est nouus pulchri coloris cuius crinis vergit ad albedinez. longus non fragilis: plenus qui qñ fricat̄ tingit manum cito acuti odoris. Galie. vij. sim. far. cap̄: de croco s̄m translatōez arabicam: Substantia eius est terrea frigida sed quod vincit super eam est cōplexio calida. et in sapore eius est stipticitas pauca: Ut virtus eius est que calefacit in secundo gradu. et siccat in primo. Unde maturat ⁊ digerit aliquali maturatione. ⁊ quod adiuuat ad hoc est stipticitas parua que reperitur in eo: Et est ex medicinis conglutinatiuis. ⁊ digestiuis. Et nos diximus q̄ medicine conglutinatiue ⁊ digestiue sunt ille in quibus est caliditas non fortis cum pauca stipticitate.

Operationes.

A Auicenna. Potus ipsius colorē efficit bonum Resoluit apostemata ⁊ linitur ex eo heripila. facit sodam: ⁊ ipse nocz capiti: B Et bibitur cum rob ad ebrietatem. ⁊ est faciens somnū. ⁊ obtenebrat sensus. ⁊ confert apostemati calido in aure Abstergit visum ⁊ prohibet fluxum ad ipsum: C Et valet ad pannum. Et fit ex eo alcohol ad varietatem acquisitā in egritudinibus Confortat cor. est lenificatiuus odorat ip̄m pleuretic⁹ ⁊ phirneticus vt dormiat. ⁊ proprie eius oleum. D Et facit anhelitum facl'em ⁊ confortat instrumenta anhelitus. ipse quoq̄ facit nauseam. ⁊ deijcit appetitum. propterea q̄ oppositus est acetositati que est in stomacho: E Sed ip̄e confortat stomachum propter illd̄ q̄d in ip̄o est de caliditate et preparatione et stipticitate. Et dixerunt quidam q̄ crocus est bonus spleni. excitat coitum. ⁊ p̄uocat vrinam. F Et confert duriciei matricis. et eius constrictioni ⁊ vlceribus fraudulentis.

In ipsa tamen administratur cum fauo aut cum medulla cum duplo ip̄ius de allio G ¶ Quidam dixerūt q̄ ip̄m in potu dederunt ad prolixum partum. ⁊ fact⁹ est partus statim: Et dicitur q̄ aurei. iij: de ip̄o interficiunt letificando: loco eius ponitur de costo equale pondus ip̄ius. ⁊ de spica quartum ponderis eius. et pondus ip̄ius de corticibus cassie lignee.

H ¶ Et idem quarta fen. canonis primi cap̄. ij. ait q̄ ducit medicinas ad cor. I Et idem de viribus cordis ait q̄ cōfortat cor. K ¶ Sera: auc: Rasis: Fuit mulier quedam que laborauit aliquibus diebus in partu: et dedi sibi in potu. ʒ. ij. croci et peperit statim. ⁊ expertus fui hoc semper ⁊ semp̄ fuit sic factum. L ¶ Crocus inebriat inebriatione forti: Et quando ponitur in vino letificat adeo. donec faciat insaniam excellenti leticia: ⁊ digerit cibum et confortat stomachum sua ponticitate: ⁊ fortificat epar. Et nō laudatur cerebro aufert appetitum cibi. ⁊ prouocat vrinā. ⁊ meliorat colorez: M ¶ Rabi, moyses capitulo de croco. ait q̄ auget appetitū coitus. N ¶ Ysaac in viatico capitulo de emigranea ait. q̄ fit emplastrum ex croco: gummi arabico. euforbio: ⁊ mirra eq̄liter distemperatis cum albumine oui. cōtra emigraneam: O ¶ Paulus ca. de Podagra. Recipe crocū cum vitello ouorum ⁊ oleum rosarum ⁊ aquam rosarum et misceantur: ⁊ cum penna vngat̄ locus podagre ex eo actu frigido.



¶ Ca. cxlvj.

Cucumer. Ubi sciēdum q̄ cucumeres sunt melones indi s̄m quosdā Sz Mesue. ca. de cucumere azinino videt̄ dicē q̄ sunt citrulli. sz aliq̄ dicūt q̄ cucumeres sunt fruct⁹ sicut citrulli. oblongi tñ. nū q̄ citrinescūt. ⁊ hñt follas ita distictas sicut melōes. ⁊ cū maturant̄ hñt paꝝ dulcedīs. ⁊ sunt insipidi q̄d ⁊ ego cōcedo: vñ cucūeres nō sunt melōes indi. qꝛ aui. iiij: cañ. ca. de cura rerciane pure ponit melonē indum ⁊ cucumerē ḡ non sunt idem. Sera: dicit. Cucumeres nō sunt citrulli sicut apparet in ca: citrull⁹. Et etiam sera. dicit auct. gal̄. q̄ citrull⁹ frigidior est cucumere ḡ cucumeres non sunt citrulli

¶ Operationes.

A ¶ Sera: li. aggre. cap̄. Rachera auctoritate Gal̄. i. cucumeres. Cucumeris substantia est ḡssa dura digestiōi. ⁊ gñat chimū malū ꝑatū corruptōi q̄uis melō sit citius corruptibilis: Et v̄tus ei⁹ est q̄ infrigidat ⁊ humectat in secundo gradu.

B ¶ Et mollit ventrem. et prouocat vri
nam: Et quando sumitur cum rob. aut cũ
lacte confert vlceribus vesice ⁊ sedat ĩfla
tionem stomachi. et sitim. quando cõme
ditur ⁊ sedat sincopim ex caliditate ⁊ con
fert ei ex proprietate quam habet C ¶
Et idem auctoritate Habix. Aqua citrul
li confert inflãmationi fe. ⁊ sedat sitim. et
laxat ventrem laxatione bona sine nocu
mento aliquo ⁊ debz bulliri cum zuccaro
albo: Et non oportet ꝙ detur habẽtibus
naturam duram nimis ad mouendum qꝛ
illa non habet virtutem tantã ꝙ laxet na
turam duraz. D ¶ Et si ipa fecerit mo
ram in stomacho forsitan inducit laborẽ
⁊ nocumentum ⁊ inflationes E ¶ Ra
bi Moyses: auctoritate gal'. Cucumeres
⁊ pepones si cito non digerant̃ sunt vene
na mortifera. F ¶ Galie. viij. sim. far:
capi. Sikinis videt̃ dicere ꝙ cucumer di
catur de pepone et cucumere iam dicto.
Operationes.

Dyas. Granati siluestris augēt sper
ma. 7 corroborant coitum. 7 est bonū po
da gre quādo teritur 7 cōficit cum aceto
7 linitur sup ipm. 7 confert spasmo 7 mol
lit duriciem iunctura rum. Et aliq̄ dicunt
q̄ sit aspalatum 7 illud idem facit q̄d iā di
ximus. Idem dyas. Virtus eius
est calida 7 stiptica. quod cum vino si fue
rit elixatum vulneribus oris medet. 7 pu
tredines quas greci nomas appellāt. et
putredines nature curat. Et valz
contra vlcera ventris quando fit ex eo cli
stere. 7 bothor nasi. 7 expellit fetum q̄n fit
cum eo nascale. Et fomento vul
neribus prodest pessarijs additum muli
ebria deponit. cuius elixatura ventrem
stringit, sanguinem reijcientibus subuenit
aqua eius bibita inflationes 7 dissurias
compescit.



Ca. cc xiiij.

Gramen. Platearius. Gramen est
herba satis nota hūs ramos rotū
dos nodosos sup terrā se expandē
tes. 7 a nodis ramor exeūt radices tenaz
ingredientes dulces cū abhō iatōne. cui⁹
folia pua sunt ad similitudinē cāne mino
ris. Est fri. 7 sic. in pncipio pmi gradus.
Sera. li. aggre. capī. negen. i. gramen est
herba hūs ramos habētes nodos quer
pandunt sup faciem terre. 7 ex ramis eius
generantur radices exeuntes a nodis ipi
us figentes se in terra 7 radices eius hūt
nodos. Folia eius sunt oblonga acute ex
tremitatis sicut folium canne parue. Est
alia species cui⁹ folia rami 7 radices sunt
maiores q̄ sup dicte. ymo sunt folia simi
lia edere. q̄ qñ pmedunt aīalia ea occidit
7 maxīe illud q̄d nascit in babilōia i vīs
7 q̄d nascit in sicilia. qñ pmedit a bonib⁹
apostemant. 7 istā spēm inuenies in capī.
Calam⁹ de c. Dz illō q̄d nascit ī cosos hz
plures ramos q̄ alia spēs. hz florē album

boni odoris ⁊ semen minutum in quo est iuuamentum. ⁊ radices quinq; aut lex in grossitudine digiti. albas molles dulces ⁊ fetentes. Gal. vj. sim. far. cap. agrostis i. gramen. Substantia eius est subtilis. et sapor eius est dulcis. ⁊ est in eo par acuitatis cum stipticitate pauca. Et radix eius habet saporem abhominabilem. ⁊ virtus eius est fri. ⁊ sic. cum tpamento. Dyas. ca. de agrostis. Agrostis. i. gramen virgas habet nodosas ⁊ spansas sup terram. sup quas virgas folia sunt acuta ⁊ lata ⁊ dura sicut cāne minoris. Radix est illi nodosa: ⁊ dulcis q̄ boues ⁊ alia aīalia pascunt.

Operationes.

A Aqua decoctionis eius valet cōtra dissurriam si bibat et frangit lapidem: et curat vulnera vesice ⁊ prouocat vrinam. ⁊ est conglutinatiua radix eius. Et curat reuma ventris. B Sera. aucto. Galieni. Virtus eius est que conglutinat vulnera recentia. dū sūt sanguinolēta ⁊ coqt̄ ⁊ bibit eius aqua ⁊ frangit lapidem. Sz semen eius quod est in cosos ꝓuocat vrinam. ⁊ desiccat q̄d currit ad stomachum: ⁊ intestina ex humitatibus quia v̄tus eius est desiccatiua subtilis sine stipticitate. C Gal. Radix eius sanguinolētorum vlcerum est ꝯsolidatiua. ipa quidem herba cathaplasmata infrigidat q̄dem non vehementer. ꝯsistit aūt in medio hu. ⁊ sic. D Dyas. Herba ipa cathaplasmatibus adhibita vulneribus paracolesim facit: Elixatura eius bibita tortōibus ⁊ dissurrie medicatur. Vulnera vesice optime curat. Et calculos frangit: ⁊ vrinaz ꝓuocat Canes quando se volūt purgare hāc herbam manducāt. E Auicenna. li. ij. cap. de gramine Gramen facit coherere plagas sanguineas. Et decoctio eius extrahit lapidem. Et semen eius prouocat ⁊ constringit. F Et idem auct. Gal. Decoctō radicum eius facit id quod herba ipa. ⁊ eius semen ꝓuocat vrinam. prouocatione forti. Et abscindit vomitum ⁊ fluxum.



Ca. ccxv.

Grana tinctoꝝ. Plateari⁹. Grana tinctorum est arbustū vñ tingitur scarlacum. Unde dr̄ de christo. q̄ fuit vestitus veste coccinea. i. tincta cocco scz granis de scarlaco. vocat etiā kermes Et est frutex s̄m dias. cap. de cocco sarmētosa. hñs in ipis virgis baculos rotūdos sicut lenticula que colligunt ⁊ conficiunt Est autē bonus coccus galleticus ⁊ armenus: ⁊ secūdus asianus. ⁊ licius: hispanus vero oim̄ nouissimus est. virtus est ei stiptica. Sera. li. aggre. auct. dyas. ca. harmē vel karmen. i. grana tinctoꝝ est arbustum quod administrat. ad ignem accendēdū ⁊ est incendium inter arborem ⁊ herbam cuius rami sunt multū subtiles sup quos sunt grana rotunda similia lenticulis que colligunt ⁊ reponūt ⁊ reseruant: ⁊ conficiunt ad tingendū. Et melior ex illa est q̄ defert ex terris q̄ dicunt gallates. ⁊ anda basi et armeni. ⁊ scōa ē illa de siria ⁊ licia. ⁊ deterior om̄ibus est illa q̄ defert ab hys

pania. ⁊ reperitur in arbore parua satis si
mili in folijs arbori glandiũ in terris cali
chie ⁊ in ea multiplicat̃ animal testosum
paruũ simile limacijs. ⁊ colligant ipsam
mulieres illius terre cũ rore eoꝝ. Et idem
auct. Galienꝰ. Sapor eius est stipticus:
cũ amaritudine: ⁊ virtus eius desiccat si
ne mordicatõe ⁊ abstergit ⁊ incarnat.

Operationes.

A ¶ Byas. Coccus: i: grana tinctorũ ace
to tritus ⁊ impositus vulneribus ꝑacole
sim facit ⁊ neruis incisis maximũ ꝑsidiũ
est: B ¶ Sera. auct. Gal. Grana tin
ctorum ꝯfert magnis vlceribus neruoꝝ ⁊
alioꝝ menbroꝝ qñ terit̃ fortiter et miscet̃
cum aceto ⁊ melle ⁊ etiã decoctionẽ eorũ
dant illis qui paciunt̃ in neruis. C ¶
Plinius ca. e cocco. Valet vlcerbus mag
nis ⁊ maxime neruoꝝ vlceribus. ⁊ valꝫ cõ
tra tremorem cordis ⁊ eius debilitatem:
D ¶ Hoc asserit similiter Dasmascenus
in antidotario suo in quadam cõfectõne
que incipit confectio alkesmes.



Ca. ccxvj.

Granum culcul. Sera. libro aggre
gatoris capittulo. lohachium. id
est granum culcul Folium eius est
simile folio albena. ⁊ est herba que habet
venas in grossitudine pollicis ⁊ indicis.
⁊ longas: ⁊ sunt coste prope terram sicut
scel ⁊ sunt in eis nodi. ⁊ nascunt̃ in vnoq̃ꝫ
nodo. folia similia folijs balsami. ⁊ est al
bum maius. ⁊ in summitate eius nascunt̃
flores in vere ⁊ in principijs messiũ: quo
rum color est color violarum nisi quia sũt
maiores eis. Et qñq̃ꝫ flos habet fructum
magnum in quantitate ciceris plenũ dul
cis saporis. latine vocat̃ granum culcul.
Et herba eius inuenitur in locis vmbro
sis: ⁊ iuxta vehementer humectis. Et tem
pus collectionis eius est in tempe messis:
Virtus est ca: ⁊ hu. in. ij. gradu.

Operationes.

A ¶ Serapion. Granum culcul mouet
coitum ⁊ auget sperma ⁊ erectionem v̄ge
et proprie quando conficitur cum melle
vel miscetur cum sisamo et qui vtitur eo
nimis incurrit colliricam passionem
B ¶ Et idem auctoritate Mesaruget.
Quãdo bibitur post ipsum vinum facit
sodam. ⁊ proprie quando torre fit:



Ca. cc xvij.

Genciana. Plinius. li. xxv. Gencia nam inuenit gentius rex illiricoꝝ vbiq; nascentē in illirico tñ pstantissimā folio fraxini sz magnitudine lactu cecaule tenero. pollicis crassitudine cauo ⁊ inani ex intervallis foliato triū cubitoꝝ alto casu. radice lenta. subnigra. siue odo re aquosa. Sub alpinis mōtibus pluria nascit. Vsus eius in radice ac succo. Pla. Genciana est herba calida ⁊ sicca. cuius radix pcipue ꝓperit vsui medicine. nō ip sa herba in fine veris colligit ⁊ siccat. ⁊ p annos qnq; in multa efficatia seruatur. Debet aūt eligi solida ⁊ ꝓtinus. hñs citri num colorem. q̄ nō sit porata nec facile in pulverem exsoluat. cū frangitur. Virtutez habet dissolvendi. attrahendi. ꝓsumēdi. ⁊ aperiendi. Dyas. ca. de genciana. Gen ciana dicit inventa esse ab imperatore illiri co eiusdem gentis. Vñ ⁊ nomen accepit. cuius folia que circa radices sunt nucis odorem habent. ⁊ sunt similia plātagini. sed paulo subrufiora. ⁊ in summo divisa. vel incisa in spēm serre immediate habēs hastam que hasta lenis est ⁊ vacua digiti habens similitem lōgior duobus cubitis nodosa circa quos nodos folia nascūtur semen est ei circa folia in pomulis latis ⁊ lenibus. ⁊ non inutile sicut asfodilli. radi cem habet sicut aristologia longa. solidā ⁊ amaram. sed nigriorem et fragiliorem. nascit locis altis ⁊ humectis ⁊ umbrosis

Operationes.

Galienus. vj. sim far. cap̄. de genci ana sm translationem arabicam. Id q̄d de ipa administrat est radix huius. cuius sapor est amarus in fine amaritudinis. et virtus eius est magna in mūdificatione. ⁊ abstersione. ⁊ aperiendo opilationem. Est em̄ calefactiua ⁊ stiptica. Et idem eodem li. ⁊ eodem caplo. sm trāsla tionem grecam. Genciana huius herbe radix efficax est. vbi oporter subtiliare ali quod. ⁊ abstergere. ⁊ deopilare. nec ē mi rum si hoc potest amara violenter existēs Serapion. Ego non vidi medicinā meliorem in morsibus canis rabidi quan do datur ex ea qualibet die. z. j. trita et cri brata cum. z. j. mirre. ⁊ cum. z. ij. pulueris cancroꝝ fluuialiū adustorum in ꝓncipio egritudinis anteq̄ timeāt aquam. ⁊ hec quidem planta cōtraria est venenis mor tiferis. ⁊ aufert nocumentum eorum cum auxilio dei. Dyascorides. Genti ana est acris ⁊ calefactoria. ⁊ relaxās acri monia ⁊ amaritudine sua. partum expel lens. ⁊ serpentes fugans. Radici eius virtus est calida ⁊ stiptica que radix z. ij. cum pipere ⁊ ruta ⁊ vīo accepta mor sibus venenatis occurrit. succi eius. z. ij. accepta doloribus laterum et conquassa tionibus vtiliter prodest sicut collirium suppolita. Radix facit abortum. Vulneri bus impolita medetur. Succus eiꝰ sicut licinium inunctus tumorem oculoꝝ com pescit. maculas corporis tollit Ff Radix vero infusa in aqua diebꝰ. v. et po

stea cocta q̄ diu virtutem ex ea dimittit confricatur ⁊ sic deliquatur. postea aqua ipsa recoquatur q̄m diu mellis spissitudinem faciat. et reponitur in vase fictili ad vsum. G ¶ Paulus Genciana calida est ⁊ sicca in. iij. gradu.



¶ Ca. ccxviij.

Genestra. Johānes Mesue capl'o. de genestra. Et vocatur capistrū arborum. ⁊ est arbor mōtana super cuius stipitem eleuatur densitas fuscium multe rotunditatis: et dum plicantur nō paciuntur fracturas: Unde ligantur ex eis arbores ⁊ producunt flores similes figure lunari citrinitatis multe. Et ꝓferūt folliculos secūdum semitam orobi habētes semina distincta sicut lentes: Inquit Dyascorides. Ca: est ⁊ sic. complexionis in secundo. ⁊ semen eius est calidius ⁊ in flore eius ⁊ stipite est humiditas suꝑflua cum v̄tute incisiua quare multiplicat vomitum: Et sunt omnes partes eius cōturbatiue. incisiue. subtiliatiue. ⁊ prouocatiue. Paulus cap̄: de genestra. Est alia que vocatur genestra fri. ⁊ sic. complexionis. similis genestre superiori: sed minor est. ⁊ habet stipites minores ⁊ angustiores: et album florem facit.

¶ Operationes.

A ¶ Dyasco. Semen genestre et flos bibitus cum mulsa humores vomitib⁹ purgat B ¶ Galienus. Fructus genestre et baculorum succus. laxatiue non debiliter est virtutis. C ¶ Johannes mesue. Per vomitum ⁊ per ventrem educit flegma. ⁊ cum fortitudine vehementi materias que sunt in iuncturis: D ¶ Et mundificat renes ab om̄ibus suꝑfluitatibus ⁊ prouocat vrinam fortiter. ⁊ frāgit lapidem in renibus ⁊ vesica. Et non ꝑmittit materias figi in eis neq; lapidem densari. E ¶ Et quando flores eius contriti propinantur cum melle rosaꝝ aut cū ouo sorbili resoluunt scrofulas. ⁊ oximel ex eis aut seminis ip̄ius soluit apostemata splenis. F ¶ Et si frequentatur vomit⁹ cū eis conuenit sciatice et podagre et dolori renum. Dosis eius est ⁊ ꝓpe florum a. ʒ. ij. vsq; ad. v. semini eius. a. ʒ. ij. vsq; ad. iij. vel. iiij. G ¶ Dyas. Semen eius ⁊ flos bibitus cum mulsa humores vomitibus purgat. H ¶ Paulus. Virtutem habz constringendi. ad fluxum menstruorum valet fomentum ex aqua decoctiōis eius suppositorium etiaz ex puluere eius ⁊ succo plantaginis. Valet etiam cōtra dissinteriam predictum fomentum



Ca.ccxix.

Gith. Haymo Gith est genus liguminis simile cimino in quantitate Sed nigri coloris. ⁊ ī pane dulcorando imponitur. Byas. Gith est herba que in segetibus crescit. habēs semē nigꝝ minutum. odore suaui. relaxat eñ et calefacit. Platearius. Calidum est et siccū in secundo gradu Et est herba que inter frumentum oritur. semē nigrum et quasi triangulum facit Aliquantulā habet amaritudinem. vñ diuretica est. v̄tutem hꝫ dissoluendi ⁊ cōsumendi. Pli. li. xx. Gith ex grecis Alij melanchion Alij melaspmon vocant optimum q̄ excitatissimi odoris.

Operationes.

A Bias. Gith potatū vrinā ⁊ mēstrua ꝓuocat. Lumbricos expellit. impositum vero tumores aut duricies soluit. Est etiam desiccatiuum ac leptomicum. B Lepras ac verrucas appositū tollit. Pingues ac glutinosos atqꝫ constipatos humores digerit C Catarrum sanat calefaciendo si puluis eius ligetur in lintheolo ⁊ ad nares sepius apponatur vt ex eo odoretur. Lumbricos autez enecat comestum vel contusum extrinsecus ventri appositum. D Platearius. Cōtra opilationem epatis ac splenis. ⁊ renum. strāguiriam. dissurriam. yliacam passionem ⁊ dolorem stomachi ex ventositate datur vinum decoctionis eius ⁊ puluis eius in cibis. Valet ⁊ cōtra emorroidas inflatas E Cōtra lumbricos etiam dat̄ puluis eius cum melle valet ⁊ contra vermes aurium. F Pli. Medetur serpentiū plagis ⁊ scorpionum. Illini ex melle et aceto reperio. Incensoqꝫ serpentes fugari. Bibitur. ʒ. j. cōtra araneos G Capitis dolores illitum ex aceto ⁊ infusum naribꝰ Gentiū dolores coctū cū aceto mitigat.



Ca.ccxx.

Gummi arabicum Sera.li.aggre: cap̄.sanigliarabi.i.gūmi arabicū Et est gūmi quod repitur super arborem acatie.sicut alie gūme.q̄ arbor nominatur amgailem.⁊ melius ex eo est q̄d est ex hac arbore simlr̄ vermiculis in figura sua. Color eius est sicut vitr̄ clar̄.⁊ nō habet lignū.s̄m v̄o post ip̄m est albū.sed illud q̄d est simile sordicici resine pini.est malum fri.est ⁊ sic.

Operationes.

A Sera.auct.Gal. Una est virt⁹ eius que desiccat.Et alia eius v̄tus est q̄ ꝯglutinat.⁊ aufert asp̄itatem ⁊ frangit v̄tutes medicinar̄ acutar̄.⁊ lenit asp̄itatē pectoris.⁊ stringit ventrez.⁊ fortificat ītestina ⁊ meliorat ossa fracta qñ fit emp̄l'm cū eo. ⁊ cōuenit malignitati vlcer̄ pulmōis.

B Et auct.Habix.Dicit q̄ est hu.par̄ ⁊ r̄tinet ventrē: qñ nimis fluit.⁊ ꝯglutīat intestinū in q̄ est tenasmō:⁊ ꝯsolidat ossa fracta qñ fit emplm̄ cū eo.⁊ sedat tussim. qñ r̄tinet̄ in ore.⁊ transglutit̄ q̄d inde soluitur. Aut si miscet̄ aliquibus medicinis ꝯferentibus ad tussim ⁊ vlcerib⁹ pulmōis qñ bibit̄ ex eo B Cōuenit obtalmie ⁊ rectificat medicinas laxatiuas.qñ miscetur cū eis.⁊ ꝓhibet acuitatem earum.

E Et frangit vomitū q̄ ꝓuenit ab eis. Et quātitas dosis eius ad tussim.⁊ ad retinendum ventrem aureos.j.⁊ qñ miscet̄ cum alijs medicinis est aurei.v. F Bulcasim eben aben azarin.li.q̄ dr̄ seruitor.Forma assandi gūmi arabicū est sicut om̄es alias gummas qui vult assari gummi arabicum oportet vt franget illud in frusta ad magnitudinez orobi. deiñ accipiat patellam ⁊ calefaciat eaz.⁊ auferat ab igne.⁊ ponat sup̄ eam gūmi arabicū: et misceat bene sine intermissione.donec albescat.Et si non albescit p̄ma vice.iter̄ calefaciat patellam vt prius: donec fiat album.⁊ eodem mō fit ex alijs gūmis.



Ca.ccxxj.

Hauser vel hausor Auicēna.in.ij.li:capl'm facit q̄ scribitur hausurum.sed in ara.ē hauser. Et hausor est lacticinium quod bam et non est taxus.vt quidam dicunt vel sp̄es eius.sub cuius vmbra p̄iclitant̄ dormiētes.vt dyas.dicit. Nam hausor est lacticinium.⁊ taxus est arbor mag̃ ⁊ vmbrifica.

Operationes.

A Serapiō.li.aggre:ca: hausor. Hausor est planta habens lata folia:et nascit̄ in vno tempe anni.et habet concauū q̄d egregitur ab oculis ramor̄ suorum ⁊ a locis florum eius. B Et colligunt ab eo homines rem conuenientem: et succo eius est amaritudo.⁊ egrediuntur ab ea mala sicut testiculi camelorum. C Et egreditur ab illis pomis quedam res

adurens. ita q̄ non potest fieri cauterium cum re meliori ea. ℞ Et implent̄ ex ea culatre ⁊ pulvinaria. ⁊ nō iatur etiā arbor eius cohærea. et quando incidunt̄ folia bausor emittit tunc lac. quod colligit̄ in manse. Paij. Et ponuntur in eo coria ⁊ non remanet pilus in eis. et vnū vas impletur ex duabus impressionibus. Et lignum bausor est leue grossum rectū pulchrum. cē. Alius bausor est vna ex speciebus citimalli.



La. ccxrij.

Hermodactilus. Johannes mesue Hermodactil⁹ est radix herbe mōtane. ⁊ eius alius lōgus sicut digitus. alius rotundus. sed melior est rotundus. ⁊ eius alius albus. alius rubeus: ali⁹ niger. sed melior ex his est qui est albus ⁊ recalbedinis int⁹ ⁊ extra. et qui est grossus ⁊ duricie mediocris. aliter autē facti mali sunt. Sera. li. aggre. ca. Sturagen auc. dyas. Sturagen siue suragen. i. hermodactilus est herba que florescit in fine autūni. ⁊ est eius flos albus similis in figura sua flori croci. Deinde emittit folia similia folijs bulbi ī quibus est humiditas adherens manui. ⁊ habet stipitem in lōgitudine vnius palmi porrectum. eius color ē albus declinans ad nigredinem. ⁊ habet radicem. cuius color est niger ad rubedinem declinans. sed q̄n auferetur cortex apparet radix interius alba. mollis. dulcis saporis. et plena humiditate. q̄ grece vocatur collirion. vt apparet in ꝓpria lra. Est autem radix ipa rotūda similis cepe bulbi. et radix ipa habet in medio sui scissuram ex qua egredit̄ stipes sup quem est flos multum nascitur in loco qui dicitur charin. ⁊ in terris que dicuntur guagna. Et hec radix ⁊ alia operat̄ vt infra. Paulus cap̄. de hermodactilis. Hermodactili ca sunt ⁊ sic. in principio secundi grad⁹ Herba est ⁊ circa radices eius tuburosita tes inueniuntur. que colligi debēt. et vsui reseruari. In estate colligunt̄ ⁊ reseruant̄ per annū vnū seruari possunt. Sunt autē eligendi qui sunt albi ⁊ solidi. Habet aūt virtutem dissolutiuam. cōsumptiuam attractiuam.

Operationes.

Al Sera. auc. Gal. Radix hermodactili que est alba intus ⁊ extra est melior ⁊ habet virtutem laxatiuam. ℞ Et aq̄ ī qua bullierit. verum malus est stomacho Et ꝓfert doloribus iuncturaꝝ ⁊ podagre exhibendus est hītibus iuncturas molles ⁊ nimis humidas. Idē auctor: mesasurugen. Albus est bonus. Ex rube⁹ occidit nō quia nimis frigidus ita q̄ narcotiset. quia si hoc esset non esset laxativ⁹: ℞ Aben mesuay Rubeus occidit vlcera antiqua ⁊ confert variolis Ipabix. Et melior ex eo est qui est exterius et interi⁹ albus. ⁊ quādo frangit̄ est fractio eius facilis ⁊ non dura. Niger vero et rubeus sunt ambo interficientes. Ff Paulus. Purgāt autē principaliter fleg

ma. Contra arteticam ⁊ podagram cyra
gram et yliacam passionem ⁊ morbus ex
flegmate non existente fe. valet bñdicta
acuta ex hermodactilis: yeralegodiõ the
odoricõ. anacardina G Cõtra scia
ticam. podagram et cyragram succus fe
niculi cum melle decoquat̃. et cũ tali mel
le dent̃. ℥.ij: hermodactilorũ: ⁊. ℥.j. semi
nis feniculi et fiat electuariũ q̃d more bñ
dicte potest sumi H Et nota q̃ in do
si debent poni. ʒ.ij. vel. iij. hermodactili
I Cõtra yliacam passionem fiat deco
ctio mellis addita aqua ne exuratur. ⁊ ne
mel exeat: ⁊ ex illo melle additis. ℥.ij. her
modactili ⁊ cinamomi. detur puluis her
modactili. sup̃fluam carnem corrodit.
K Puluis eius conficiatur cum sapõe
gallico. ⁊ licinium intinctum fistulis Im
ponatur etiam puluis eius cretico. confi
ciatur cum aliqua mellicina cerebr̃ ꝯfor
tante. Et fluellum de bombace intinctũ
naribus si inmittitur cerebrum cõfortat
⁊ polipum corrodit L Johanes me
sue. Solutione educit flegma grossum: ⁊
a iuncturis proprie. ⁊ est medicina mag
na artetice ⁊ podagre sumptus. et catha
plasmatus. ⁊ proprie cum farina ordei:
M Et vitellis ouor̃ aut mica panis pĩ
guis: ⁊ vitellis oui. Et vsus eiꝰ ĩpinguat
corpus ⁊ augmentum efficit in spermate
N Et est medicina bona vulneribus
abstringit enim sordes eorum et cõsumit
carnes putridas in eis. Dosis eius est ab
aureo. j. vsq; ad. ij. Conseruatur autem p̃
annis tres.



Ca. ccxxiij.

Hermerocalles. Plateariꝰ. Herme
rocalles id est plãta vt bulbꝰ ema
ticus qui manducatur. fructus eiꝰ
est sicut narciscus. differens ab eo in flore
tantum. Byas. cap̃: hermerocalles: Her
merocalles aut cathaleptẽ velut bulbus
ematicus. Folia habet ⁊ hastam similem
lilio: in inicio cum inceperit apire flores
lilij ostendit tres vl' quatuor: sed postq̃m
floruerit viridem facit colorem bonũ. et
odoratum Radix eius in magnitudine si
milis est bulbo sed paulo maior.

Operationes.

A Bias. Hec si bibita fuerit hũorẽ sordi
dum matricis excludit. B Menstru
is imperat. Folia eius cataplasmatibus
adhibita ꝯbustionibus medicant̃.





Ca. cc xxiiij.

Herba palisis. Pla. Herba palisis siue herba sancti petri siue paralitica siue artetica q̄ om̄ia idez sunt Et est herba cui⁹ folia florē incipiunt tpe hiemis q̄ se extendūt in terra q̄i citrina vt alis fagus florē citrinū profert, calide est ⁊ sicce complexionis

Operationes.

Byas. Hec herba dolorib⁹ medet̄ mēbrorum: Fo. ei⁹ ⁊ flores hūida ⁊ non sicca qñ ponunt̄ sup̄ empetiginē ⁊ panuū expellit eos ⁊ r̄soluūt oēm sup̄fluitatē B Et ꝯuenit hñtib⁹ catarꝝ. ⁊ mitigat dolorem capitis ill' q̄ sunt fri: ꝯplexi. C Et oleum ei⁹ est iuuatiuū ī hieme: ⁊ si hñs ca. cōplexionē odoret nimiū de ip̄o cū ē viridis D Idē abē mesuay: Cōfert hūiditatib⁹ ⁊ fleg̃ti salso. ⁊ senib⁹ fri: ꝯplexiōis. Et cōfert dolorib⁹ iūcturaꝝ. E Remouet loquelā amissam ꝓpter apoplexiā vel palisim ī potu sumptū ei⁹ succ⁹ aureū. j. vel. ij.

Ca. cc xxv.

Herba grassula. Actor. Herba grassula est herba de qua inuenit̄ maior ⁊ minor: Et minor est vermicularis de qua habetur in ca. vermicularis inferius de v. Maior est herba habens folia tenera et pinguia in quorum sup̄ficie est borra.

Operationes.

A Ualet contra ignis arsuras. succus eius curat ramicem pueroꝝ: B Si accipiantur folia grassule ⁊ cime oliuarū et terantur subtiliter cum axungia porci r̄centi. ⁊ exprimatur per peciam. ⁊ buliat cum modico vīo albo quibus admisceatur mastix et olibanū. ⁊ postea vngat̄.





Ca.ccxxvj.

Herba fetida: et est herba subtilib⁹ foliis similis herbeque vocat̄ abrotanum. plena seminibus similātibus seminibus lumbricorū. Sapor eius vergit ad amaritudinem nociuam. grauis odoris. Et sapor eius est amarus cū aliquali salsedine. ⁊ stipticitate pauca: et ē calidior absinthio: ⁊ debilior abrotāo.

Operationes.

A Est mala stomacho. et claudit orificia venarum matricis sic ꝙ cathaplasmata supra ventrem calida B Cōstringit sanguinem exeuntem post partum. et tempore menstruandi.

Ca.ccxxvij.

Herundina siue harundina. Actor harundinem ponit ysidorus īter arbores. ⁊ hoc (vt videt̄) propter quasdam speciales. quaꝝ tāta crassitudo ⁊ magnitudo eē dr̄. vt ex illis naues ⁊ edificia fabricent̄: De ceteris āt dcm̄ est apd̄ Ysideꝝ inter herbas incultas et inter satiuas. Alexander in epistola ad Arestotilē post victoriam nostrā de Dario rege obtentam acceptis centūquinquaginta ducibus indoꝝ. qui breuitates itinerum nonouerint. cum pergeremus preter flumē apparuit. cuius ripam harundo pedum sexagenum vesciebat. pinoꝝ abietumq; vincens in crassitudine robora. eaq; indi vtuntur ad edificia. Aqua vero fluminis gustu elleboro amarior erat. quā nec homo bibere. nec pecus etiam sine tormēto poterat. Deinde vidimus homines nauiculis ꝑ flumen vehi rotundis ex harundine. qui nobis ostenderūt vbi dulcem aq̄ possemus inuenire.

Operationes.

A Pli. li. xvj. Harundines primatum tenent inter aquaticos frutices. frigidis gaudentes. Belli pacisq; expimentis necessarie sunt. atq; etiam in delicijs grate. Pis em̄ orientales populi bella cōficiūt dum spicula calamis addunt. B Nullus aūt sagittis aptior est calam⁹ q̄ in theno bononiēsi amne cui plurīa inest medulla pōdusq; volucre: Cōtra flatus q̄ puicax libra Qui ppe non eadē gr̄a belgicis. C Hec est creticis ꝯmenda tōnibus. quanq̄ p̄ferant̄ indi: q̄ꝝ alia q̄busdam videt̄ natura. qn̄ ⁊ hastaꝝ vicē p̄bēt additis cuspidibus. Harundo deniq; indica arboreā habet amplitudinē. qualis videt̄ in templis. Folia v̄o breuia: Nauigiorumq; vicem p̄stant (si credimus) intermodia singula. D Pli. li. xvij. Illa que nascit̄ in india ⁊ syria. odoꝝ vngentorumq; causa. Urinā mouet cū gramine vel apij semine decocta. mēstruaq; cit ad motu E Ydropisi prodest ac tussi etiam suffitu.



Ca. ccxxviij.

Iusquiamus. Ysidorus. Iusq̄amus est herba sic a grecis appellata. sed a latinis herba calidaris dr̄ eo q̄ caliculi eius in figura cantaroꝝ nascātur vt et mali punici. q̄ꝝ ora serata sunt. habentes intrinsecus semina papaueris similia. Hec herba ⁊ īsana vocatur eo q̄ vsus eius piculosus est. deniq; si bibatur vl' edatur insaniā facit vel somni imaginem turbidam. Syas. s̄m trāslationem nostram ca. de Iusquiamo: Iusq̄amus frutex est puus hastā hn̄s grossiorē ⁊ folia lata ⁊ oblōga diuisa nigra ⁊ aspa. iuxta cuius hastas sunt capita plēa semīe Sed iusquiami tria sunt genera: vnū purpureum florē hn̄s. ⁊ semē nigꝝ folliculos duros et spinosos. Alteꝝ v̄o flores mellinos hz ⁊ folliculos molles. semē obrufum sicut erisimon. Ambe vero iste maniā prestant ⁊ narcotice sunt ⁊ minus vsuales. Terciū v̄o genus est cuius vsus frequētat̄ folia habet pinguia ⁊ mollia. et chili. succi plena flores albos ⁊ semen albū ꝓferēs Nascit̄ in locis maritimis ⁊ ī ripis. semē vero vtile est albū q̄d minus si inuentum fuerit rufum fecundat̄. Nigrum vero inutile est. semen eius ⁊ folia exsiccant̄. hasta ip̄ius tunsa ⁊ expressa. Hic succus in sole siccandus est. quia vtilis est vsui post annum. semen eius siccum in calida missum tundit̄ ⁊ exp̄mit̄. est v̄o succus melior viridis q̄ siccus: Multi v̄o farine triticie succum eius admixtum factis trociscis reponunt. Galienus. viij. sim. far. ca. de Iusq̄amo s̄m translationem arabicā: Iusquiamus cuius semen nigrum est ⁊ signū sup̄ hoc q̄ sit semen nigrum: est q̄ flos ei⁹ vergit ad rubedinem. facit maniaz ⁊ subeth: Ille v̄o cuius semē subrufum est: ꝯgnoscit̄ in hoc q̄ flos eius est citrin⁹. ⁊ est ꝓpinqu⁹ p̄mo in v̄tute: ⁊ ꝓpter hoc oꝑtet q̄ caueat̄ ab his ambab⁹ spēbus ⁊ non vtat̄ q̄s eis quia nō est iuuamentū in eis sed occidūt Iusquiamus vero habens semen album ⁊ florem album. est cōueniens vsui medi

cine. ⁊ est in. iij. gradu fri. ⁊ sic. in. ij:

Operationes.

A Byas. Utilis est succus semini viri ī voluntario. Confectionibus colliriorum mixtus reuma viscidū ⁊ calidū cōpescit: B Dolorem auriū mitigat. Stericas causas medēdo ꝯpescit. mixt⁹ polente vl' vt cataplasma adhibit⁹ tūores podagricos spargit C Semē ei⁹ oīa similiter facē nouit. maxīe tussientib⁹ subuenit. et catarꝝ soluit. reuma oculoꝝ ⁊ dolorē compescit: oblō vno cū semīe micomis ⁊ mulsa mixt⁹ ⁊ bibit⁹ fluxui matricis et sanguinem reiciētib⁹ opitulat̄ D Semē ei⁹ solū podagricis auxiliū est vīo mixtū ⁊ cataplasmatib⁹ adhibitū. tūorē testiū ⁊ mā maꝝ soluet. E Multis aliis cataplasmatib⁹ necessario miscet̄: fo. ei⁹ maxīe cū polēta mixta. ⁊ in cataplasmatib⁹ adhibita dolorē tollūt cū vīo bibita ter aut q̄ter febres empialas ꝓhibet. F Cocta sicut ol⁹ ⁊ ꝯmesta statim maniā faciūt. Radix eius cocta in aceto dolorem dentium ori retenta mitigat:



Ca. ccxxix.

Iuniperus. Ysidorus. Iuniperus grece dcā est. siue quia ab amplo ī angustum finit. siue eo q̄ ꝯceptū ignem diu teneat. ita si prune ex eius cinere cooperte fuerint vsq; ad annū ꝑueniāt Piro enim grece id est ignis latine; Iuniperus autem alia parua est. alia magna: Plinius li. xij. Piperis granū cuius arbor in Ytalia nascitur Iuniperi baccis mire vim trahentibus adulteratur. Serapion li. aggre: cap̄. halbilhalach. i. iuniperus est vna ex specieb⁹ cipressi masculi Et omnes sunt quatuor species: ⁊ sunt iuniper⁹ ⁊ habel. i. sauina et zerbi ⁊ gara. i. iuniperus que nominat̄ arconas. Est ex ea alia magna. alia parua. ⁊ habet fructum quēdam cuius fructus est magnus sicut Nabach. ⁊ in littera habel dicit sicut zaror. ⁊ quedam cuius fructus est paruus sicut faba. nisi quia ip̄e est rotundus totus. Sal' vj: sim. far. ca. de iunipero. Virtus arboris huius est ca. ⁊ sic. in. iij. gradu: sed caliditas ip̄ius fructus est scd̄m. hoc sed siccitas eius est in principio tercij. Et idē Serapion. Sauina est illa que dr̄ brachos siue bracheos ⁊ non habet fructum. et nos de illa dicemus in ca. Sauina infra de s. Sed zerbin est illa que dr̄ padras. ⁊ habz fructum similem fructui cipressi. nisi q̄a ē minor eo satis: Et est ex zerbin parua spinosa. et fructum similem fructui iuniperi cuius magnitudo est sicut granū mirti. sz est rotundū. Et virtus zerbin est ca. ⁊ sic. in. iij. gradu. Sz gara est spēs ꝑua respcū zerbin Memoria ei⁹ vēiet in ca laur⁹ del.

Operationes.

A Archeutos siue Arconos: Iuniperus magna ⁊ parua: Ambe calefaciūt et subtiliāt. ⁊ ꝓuocant vrinam: Et quando fit fumigatō cum eis expellit venenosa reptilia. Et habet fructus. cuius quidaz reperitur in magnitudine auellane: ⁊ q̄daz in magnitudine fabe. nisi q̄r est rotūdus et habet odorem bonum. et est dulcis habens in se aliquantulum amaritudinis.

¶ Dyas. ca. de iunipero fm translatõnem grecã. Juniperus arbor alia est parua alia magna sz vtreqz acrioris sunt vtris atqz mictualis z insensibilis. ¶ Auer. qnto colliget. ca. de iunipero Juniperus q vocat abel ca. est z sic. in. iij. gdu ¶ Paulus ca. de venice Summi ipsius arboris est vernix: ¶ Item dyas. prunis imposite fumigio. serpẽtes fugãt fructus ei⁹ iocũdus est. z odoris summi si inore detinet. z eustomachus est. z coraci valis ẽ. tussim sedat. ¶ Ventrẽ z iflationes sedat. tortõib⁹ bibita subuẽit: ¶ Cõtra venẽa pstat auxiliũ. diureticũ ẽ illi ad intoriũ: Spasmatib⁹ z reumatib⁹ pdest: ¶ Offocatõ es sterical tollit Appellat autẽ a grecis archiotides. succ⁹ ei⁹ medet vipa vexatis ¶ Succ⁹ ei⁹ exust⁹. atz cia q illinit lepra despuit: Climatio aũt ligni ei⁹ potui dã iterficit. Lacrim⁹ ei⁹ potui dat tussim ventrẽ atqz potidas sanat ¶ Auer. abel puõt vrinã z mẽstrua pl⁹ oi alia re donec facit mingẽ sanguinẽ. Et facit abortiuz et extrahit fetũ mortuũ: Pro ista specie lege Sauinã infra de s.



Ca. cc xxx.

Jiube. Auicenna li. ij. ca. iuiube. meliores sunt maiores eaz frigide sunt in pmo eẽles in siccitate z humiditate: z sunt declinãtes paz ad hũiditatem: Et nutrimentũ eaz z digestio sunt difficilia: Et fmo qdez in eis bon⁹ est ille quẽ dixit Gal. Nõ repi iuiubas in cõseruanda sanitate z remouẽda egritudie aliquid opantes. sed reperi eas difficilis digestionis z pauci nutrimenti

Operationes.

¶ Aui. Cõfert acuitati sanguis calidi z extimo q illud est pter ea q ingssant sanguinẽ z viscosum facit ipm: ¶ Et illoz extimatõ qui putant q ipe clarificẽt sanguinem et lauent eũ. est extimatio corrupta ad quam ego non declino. ¶ Idem Conferũt pectori z pulmoni. Sũt male stomacho difficilis digestionis Extimant quidam q conferunt dolori renũ z vesice.



Ca.cc xxxj.

Iuncus: Sera.li. aggre.cap̄. Bis aucto.dyas: Bis.i.iuncus Est herba cuius due sunt spēs. Una ip̄aꝝ habet acutas summitates. ⁊ ista etiā species similiter diuiditur ī duas. quia ex ea est que non habet fructum: ⁊ alia est q̄ habet fructum nigrum ⁊ rotundum: ⁊ cāna huius speciei est grossior quam canna alterius. Et est tercia species que habz cannam grossiorem adhuc ⁊ magis cānosaz: quam supradicte due species: ⁊ huius speciei fructus qui est in summitatatib⁹ eius est similis fructui iunci sup̄dictaꝝ spēꝝ.

Operationes.

A Idem aucto. Sal. Hui⁹ herbe sunt due species: Una earum est subtilior ⁊ durior Et alia grossior ⁊ melior: B Fructus huius secunde speciei facit dormire. sed species prima est similiter duaꝝ specierum. Una quarum non facit fructū ⁊ non est in ea iuuamentum aliquod ī medicina. ⁊ alia facit fructum: ⁊ facit somnū nisi quia est debilior q̄ prima. ⁊ ista fpecies facit sodam. C Et substātia istaꝝ duarum specierum est cōposita ex terrea pauca frigida pauce frigiditatis. Et substantia aquosa calida pauce caliditatis. Et desiccat ⁊ infrigidat. ⁊ est narcotica. D Et due species quando assantur in igne. ⁊ sumuntur in potu stringūt ventrē. ⁊ abscindunt sup̄fluitatem menstruorum ⁊ desiccant quod descendit ex humorib⁹ ad partes inferiores.



Ca.cc xxxij.

Iudaica. Byascorides. ca. hierobid est Iudaica. Et est herba porrecta virgultis vltra cubitū geniclosis cum folijs per interualla distantibus tanquaz quercus incisis ⁊ subalbidis. Uires habet acres ⁊ mictuales.

Operationes.

A Byas. Facit ad capitis ⁊ epatis dolorem. Et ad serpentis morsum: ⁊ aranearum. ⁊ rabidi canis: Calculos expellit B Ydropicos sanat vulnera recentia super posita curat. facit ⁊ ad eos qui induratas venas hn̄t. C Et cibum reijciunt propter parotidas strumas collo ligatur. D Ycterico sanat. ʒ.j. ex succo foliorum ⁊ nardi. ʒ.iiij. ⁊ paululum mirre ex aqua sciatis: iij. potui data. radicē huius qui secū habuerit a s̄pente tutus erit.



Ca. cc xxxiij.

Incensaria. Byascorides. Incensaria herba est facta sicut arnoglossa: sed aspera ⁊ super terram spansa: cuius odor est sicut odor thuris habēs in costis aliqualem pilositatem et albedinem sicut enula. Et folia habent formam aliqualiter cordis nascentia.

Operationes.

A Byascorides. Desiccat humiditatē pectoris. ⁊ confortat neruos. B Et valet ad corizam.



Ca. cc xxxiiij.

Indicus: Sera. li. aggre. cap̄. Nilech. auct: dyas: Est de ipso domesticus ⁊ siluestris. Et domesticus ē ille q̄ tinctores vtunt̄. Cuius foliū est simile folio plantaginis. nisi quia est magis viscosum ⁊ fortioris nigredinis. ⁊ habet stipitem lōgitudinis brachij vnius Sed agrestis assimilat̄ domestico nisi quia folium eius est magis simile folio lactuce. ⁊ habet ramulos longos plures graciles cū multis ramusculis. quoꝝ color tendit ad rubedinē. et in summitatibus ramorū sunt vaginole multe similes linguis. Et ē in eis semen. ⁊ habz florem paruū subtilē Et idem auct. Gal. Domesticus est ille q̄ vtunt̄ tinctores. sapor eiꝰ ē amarꝰ. stipticꝰ ⁊ v̄tus eiꝰ ē q̄ desiccat fortiter sine acumīe Et idē auct. Aloesme. Est arbustū puluerulentum eleuat̄q; cū stipite suo longitudine vniꝰ brachij. ⁊ hz germīa ramoꝝ: In summitate sua est flos sicut flos coriādri ⁊ siccatur ⁊ teritur. ⁊ ponitur cum alcāna

Dicūt quidam q̄d adhlem. i. indicus est arbor nilet chatis. ⁊ nesme sunt idem. Et idem auct. Ysaac benaram alcat ⁊ nesme sunt idem. Et est halhac: ⁊ est planta hn̄s foliū longum plus q̄ foliū salicis: Et assimilatur folio faseoli coloris q̄si aurei sed maius est: ⁊ est ca: ⁊ sic. ⁊ stipticum.

Operationes.

A Sera. auct. Gal. Virtus Indici incarnat ⁊ r̄soluit ⁊ ꝯglutinat vlcera q̄ sunt in corp̄ibus duris. etiā si fuerint in capitibus musculoꝝ. ⁊ abscindit fluxū sanguīs ⁊ dissoluit ⁊ minuit ap̄ata mollia: ⁊ ꝯfert vlceribus putridis: ⁊ corrosiuis. B Idem aucto. dyas. Emplastꝝ cū folijs eiꝰ ꝯfert apostematibus ⁊ vlceribus. Nam ī principio ip̄oꝝ ꝯglutinat ea sua caliditate. ⁊ abscindit fluxū sanguinis C Et curat formicam ⁊ herisipilā: Et agrestis fortioris est virtutis. ⁊ confert spleneticis qn̄ bibit̄. et fit emplastrum cū eo. et iuuat plus q̄ primus.



Ca. ccxxxv.

Isopus. Platearius. Isopus ē ca. ⁊ sicca in tercio gradu. Virtutem habet s̄m folia et flores. non scdm radicem. In estate cum flores producit: colligitur. In vmbroso et non fumoso loco suspenditur ⁊ desiccat̄. In medicinis abiectis stipitibus flores ⁊ folia ponunt̄ ꝑ annum seruat̄. Virtutem habet diureticam: dissoluendi. attrahendi: ꝯsumēdi:

Operationes.

A Isidorus. Isopus est herba purgādis pulmonibus apta. Unde in veteri testamento asp̄gebant̄ cū fasciculis isopi q̄ agni sanguine volebant mundari Nascitur in petris herens saxo radicibus B Papias: Isopus est herba humilis calefacit ⁊ flegma deducit. eius radicibus nihil fortius. ⁊ penetrabilius inter saxa. C Plate. Contra tussim frigidam valz vinū decoctionis eius et ficuū siccaꝝ. ad idem valet electuariū q̄d fit ex ea scz ex isopo D Auicenna Isopus alia est mōtana. alia ortiua calida ⁊ sicca in tercō. et est subtilis sicut origanū Potus eius calorem bonum facit. ⁊ eius gūmera vestigia in facie abstergit. Cū vino bibita ī soluit ap̄ata dura E Confert pectori ⁊ pulmoni. pacientibus dissurriā ⁊ tussi antiq̄ Soluēdo āt educit flegma. ⁊ ascarides ⁊ vermes. F Valet etiaz spleni ⁊ ydropisi: decoctō eius cum aceto ⁊ oximelle sedat dolorem dentis. Et vapor decoctōis cum ficis confert sonitui auris Ex ip̄a etiam cocta fit emplastrum: tarfati ⁊ sanguini mortuo sub palpebra: G Constātinus. Isopus ca. est et sic. in. iij gradu: Succus eius cum ficubus coctus ⁊ melle ⁊ ruta bibitus apostemata pulmonis anhelitus ⁊ duricies Tussim ⁊ catarrum ad gulam de capite descendentem curat. lūbricos occidit. Apozima cum melle grossos gumores dissoluit H Idem Si cum ficubus siccis vtatur ventrem humectat. ⁊ cutem clarificat. Cum aceto cocta si os tantum abluatur ex ea dolorē dentiū

amputat auribus inde fumigatis dolorē et sonitum placat. J ¶ Rasis Ysopus vt origanum valet. Pectus ⁊ pulmonem purgat. Asmati quoq; et tussi antique cōfert. Flegma ⁊ vermes e corpe educit: K ¶ Plinius li: xxvj. Ysopi quīq; rami cū duobus rute ac vicis tribus decocte tora cem purgant. L ¶ Iterum Ysopi fasciculus cū q̄drante mell' ad tussim decoq̄t.



¶ Ca. ccxxxvj.

Ysopum humidū. Dias. ca. de ysopo humido s̄m translationē nr̄az. Ysopi cerotū est quasi sordes. ⁊ succus lanarum succidaꝝ q̄ hoc modo colligit̄. Lane succide et sordidissime mox detunsi mittunt̄ in vas aquā calidam hn̄s ⁊ sic accendit̄ ignis vt aliquid ferueat deinde refrigeratur et quod sup̄ natauerit in modū pinguedinis abradit̄ manu ⁊ vas stāneum abstergitur. ⁊ sic ip̄m vas r̄plet̄ pluuiali aqua ⁊ coopertum tenui lintheo ad solem biduo ponitur: et sic tercio die aqua delimpidatur ⁊ reponit̄. Adulteratur cum pinguedine ⁊ cera: sed intelligit̄ q̄ sincerꝝ odorem lano succide seruat. Serapion li. aggre. cap̄. Cenfaraffab. Et est pinguedo que est in lana. que fit in hunc modum. Accipe lanam succidam vl' mollem. ⁊ laua eam cum aqua calida ⁊ in sole calido. ⁊ exprime totum quod in ea est ex sorde ⁊ pone sordiciem illā in vase habente orificium latum et proijce sup̄ eam aq̄ infundās ab alto cum impetu vt spumaz faciat: Deinde agita agitatione forti vt multam faciat spumam sup̄ quam asp̄ge aquam marinā cū impetu donec spuma sedetur om̄ino ⁊ tunc tolle pinguedinem sup̄ natantem. ⁊ pone in vase terreo. deinde proice in vase iterꝝ aquam aliam ⁊ agita sicut fecisti primo. ⁊ proijce sup̄ spumā eius aquā marinam. ⁊ dimitte sedari spumam et collige eam. Et facias hoc quociens spumam videris. deinde accipe pinguedinem quam aggregasti ⁊ malaxa eā cum manibus. Et si aliquaz in eis inueni as sordem extrahe ip̄am aquam agitādo Et facias hoc tociens donec videas ip̄az albam ⁊ puram pinguedinem sine admixtione alicuius rei. ⁊ cum hoc feceris pōe in vase terreo ⁊ serua.

¶ Operationes.

A ¶ Sera: Melior ex ysopo humido est illud quod est molle quando tangit̄ sine asperitate habens odorem lane succidi. Et quando dissoluitur non apparet ibi aliqua grossicies sicut in adulterata. Et virtus huius est calefactiua. mollificatiua vlcerum induratoꝝ. ⁊ proprie vlcerū matricis quando miscetur cum melle et butiro. B ¶ Et quando fit suppositorium cum eo prouocat menstrua ⁊ expellit fetū ⁊ secundinam. Et quando miscetur cum sepo anatis confert vlceribus ani et vlceribus virge ⁊ testiculorum ⁊ existentibus circa loca illa. C ¶ Et confert pruritui lacrimalium oculi et grossicici palpebrarum: Et ponitur in vase nouo sup̄ leuem

ignem. ⁊ dimittitur donec veniatur pinguedo eius ⁊ fiat cinis ⁊ est cōueniens cinis in collirijs ⁊ medicinis oculoꝝ. ¶ Et confert morsibus venenosis et fluxui ventris antiq̄ et vlceribus intestinorum. ¶ Et abscindit fluxū menstruoꝝ. et dissolvit sanguinem ꝓgelatū in stomacho. ⁊ qñ sumit in potu mundificat vlcera pectoris ⁊ pulmōis. ¶ Et qñ miscetur cum butiro ⁊ fit nascale cū eo post mundificationē matricis. ⁊ ꝓhibet impꝓgnationem. ¶ Et qñ datur in potu mulieribus post partum facit eas adhibere ad impregnationem.



Ca. ccxxxvij.

Rabe: platearius. Karabe est gūmi arboris vt gemma vnde ānuli fiūt Unde electrum succinū karabe sub eodē ponuntur. qz electꝝ ē karabe. ⁊ succinū est karabe. Ūñ habemus in alexandro ca. de dissinteria trociscis dyalectrum. Item Seruius sup bucolicon Virgilij in egloga pastoris dicit q̄ electrum est post succinū. Item cassius felix tractatu de trociscis dicit Trociscos de succino et est electrum et describit trociscos de karabe. Est ā gummi arboris dicte a dyasagiros. ⁊ est species populi arboris. vt patet in illo cap̄. agiros. verum aliud facit caplīn de populo diuese speciei ab illo. Auicenna li. ij. de eo duo facit capla. Unū de hauro cui cōsonat caplīn de poplo arbore. Aliud de hauro romanum cui consonat cap̄. de agiros: q̄d etiam exponit dyas. q̄ est populus arbor Auicenna dicit q̄ est achirosa. volens dicere agiros. sed in arabico est achiros cuius gummi vt dicit auicenna est karabe. Et dias. dicit q̄ ex hac arbore succinū nascitur fm quosdam. et in rhodanum distillat. ⁊ ipm est electr. vt oñsum est sup Huc ergo videnť esse species huius arboris. Una ca. complexionis: Alia fri. sicut per vtrunq; textū colligiť. Auicenna li. de viribus cordis karabe. ca: est in primo sic. i secundo. aliqui volunt q̄ sit fri. Paul' de karabe. Karabe est gūmi arboris haurrōni. ⁊ calefacit caliditate temꝑata cū pauca frigiditate. Bulcasim eben abenzarin li. qui dicitur seruitor karabe sic assať ⁊ comburitur. Oportet q̄ frāgas karabe in fracturis parvis: ⁊ assa vna vice vt' duabus et sema. Sed combustio eius est in hunc modum. Accipe ollam victilem. et pone karabe in ea ⁊ claude os eius cum luto. et pone in igne vna nocte. deinde q̄ trahe ⁊ vtere ⁊ tere.

Operationes.

¶ Auicenna: Habet proprietatem cōfortandi cor. ⁊ letificādi. ⁊ repellendi cardiacam. ⁊ fortificandi spiritus. ¶ Serapion Karabe sumitur in potu ⁊ prohibet cursum humiditatū ad stomachū. ⁊ abstringit ventrem ⁊ stomachum. ⁊ cōfortat eum. ⁊ abscindit fluxum sanguinis Et quando cortex huius arboris incidit

minutim: ⁊ seminatur in letamine. oriunt̄ ibi toto anno fungi ad comedendū: ¶ C Pau. Karabe est gūmi arboris haur rōni q̄d qn̄ bibit̄ retinet fluxū ventris ⁊ stōi. et sanguinē vñcunq; fluit. Et putāt q̄daz q̄ sit sandaraca. ⁊ dicūt q̄ karabe. sodoma hui⁹ est gūmi: ⁊ est gūmi funeris: eo q̄ latini ponebāt ip̄m sup̄ corp̄a defunctoꝝ.

A ¶ Et idē auct. Albugerig. Caliditas eius ēt p̄ata cū pauca frigiditate ⁊ hz ꝓpe tatem r̄tinēdi sanguīez. ⁊ ꝓpe in tenasmōe Et confert cardiace. ⁊ stringit ventrem.

E ¶ Et idem auct. begde. karabe ca. est ⁊ retinet sanguinē vñcunq; fluentē. / F Et idē auct. Alcauzi. Suspenditur super apostemata ⁊ confert. ⁊ est fri. Et confert cardiace. ⁊ sputo sanguinis ⁊ fluxui eius a naribus: G ¶ Alias virtutes inueni es in tractatu de lapidibus preciosis in capitulo Gagates.



¶ Ca. ccxxxviij.

Kalendula. Plinius ca. kalendula. est herba cuius stipes plurimos hz ramos: folia eius sunt simila folijs conizi maioris sed angustiora ⁊ pinguiora cum aliquali viscositate ⁊ odore graui vel vt coniza. flos eius aurosus similis est aurigali vel butalmos. semīa eius q̄ plurima ordinatim posita in capl'o quodam habentia formam corniculoꝝ. ⁊ ip̄a semina sunt pilosa aliqualiter. Est calide ⁊ sicce complexionis.

¶ Operationes.

A ¶ Virtutem habet stringendi. confortandi. ⁊ desiccandi B ¶ Contra dolorem dentiū puluis eius si inuoluat̄ in bōbice ⁊ dentibus applicetur: statim dolor cessat. similiter naribus intromissa vermē qui est in dente occidit. C ¶ Cōtra rosulas pedū valz fomentū ex ea factum.



Ca.cc xxxix.

Kubebe. Pli.ca. de kubeb. Ex eis sunt domestice ⁊ siluestres. Sunt em̄ fructus cuiusdā arboris in partibus Indie nascentes. Et sunt trium generum. Sūt em̄ siluestres. que sunt minores. ⁊ sunt saporis acuti sicut piper. ⁊ sunt graues intus plene breuis stipitis. Sunt etiam alijs su͞pioribus siluestres maiores ponderose. similiter et plene amari saporis su͞pioribus meliores. Sūt alie que sūt domestice om̄ibus p̄dictis laudabl'iores Interius inanes leuis pōderis longi stipitis modice amaritudinis In summitate habentes planiciem aliquam ⁊ vbi cōiungitur stipiti concauitas est quedaȝ cū masticatur. fumositas quedam euaporabilis ad cerebꝝ ascendit. Cū simpliciter ponitur ista intelligit̄. Virtus est in folijs ⁊ in semine eius. ca. et sic. tp̄are. Sera. li. aggre. ca. kubebe. Kubebe est planta habens folia mirte domestice. nisi quia sunt latiora eis. ⁊ summitates eoꝝ sunt acute. sicut summitates lancee. Et habet fructū rotundum aliq̄ntulum dep̄ssum ⁊ latum Inter folia eius repertum. qui quādo maturatur vergit ad rubedinem inter ip̄m ⁊ granum triangulum. ⁊ habet ramulos similes ramis plante dicte laros egredientes ab vna radice sicut agrestis. difficile frangibilis. longus circiter brachiū vnū plenus folijs. ⁊ fructus eius ponticus declinans ad amaritudineȝ. ⁊ color eius declinat ad rubedinem. Et idem postq̄ cōgregaui inter s̄monem dyas. ⁊ gal'. super om̄em herbā inueni q̄ gal'. non memorauit mirtum agrestem. Et dyas. nō memorauit kubebas. Et vidi q̄ descriptio gal'. su͞p kubebas est descriptio dyascoridis su͞p mirtum agrestem.

Operationes.

A Sera Semen eius bibitū. vrinā prouocat. mēstruis im͞pat. calcl'os vesice frāgit B Ictericis ⁊ cephilargicis medicat̄. Radix eius cū viridis est a multis ꝓsparago ꝯmedit̄ q̄ amara ē ⁊ diuretica C Et idem auct. Gal'. Est medicina similis fu. ī sapore suo ⁊ v̄tute. nisi quia est subtilior. multū ideo fit a p̄itiua opilationum. que sunt in corp̄e toto D Et ꝓuocat vrinā: ⁊ mūdificat r̄nes a lapide q̄ generat̄ in eis: Et est bona gutture. ⁊ strīgit ventrem. E Paulus ca. de kubeba. Kubeba valet contra frigidū reuma ⁊ ꝯfortat cerebꝝ. ⁊ curat apoplexiam.



Ca.cc xl.

Lactuca. Ysidor⁹. Lactuca dicit̄ eo q̄ habundantiam lactis exuberet. seu q̄ lacte nutrientes feminas implet. Hec et in viris veneris vsum coercȝ Platearius. Lactuca cibariorum vsui competit: semen eius medicine. quod frigidius est ip̄a herba. Iudicantur autem ab autoribus om̄ herbarum temperatissima: Palladius. li. ij. mēse Januario lactuca serenda est vl' decem

bri. vt plãta eius februario transferatur. Item februario serit̃ vt possit Aprili mẽ se transferre. Sed certum est eum toto anno bene seri si locus sit letus. stercoratus. irriguus. anteq̃ pangat̃ radices eius ĩse cemus equaliter. ⁊ liquido fimo linamus Vel que iam pacte sunt nudate letamẽ accipiant. Amãt solum sub actum. pingue. humidum: stercoratũ. Auicenna in cap̃. lactuca: Et sunt eius tres species Vna est que vocatur lactuca agrestis. q̃ greci sarallium vocant. Cuius tyrsus in modũ secundi est. Et est spẽs scariole sicut apparet ibidem. Alia spẽs dr̃ lactuca azini. quam si vis scire lege capi. xxxij. Ancusa sup̃ de a. Et alia spẽs q̃ dr̃ lactuca dõestica q̃ omnibus est nota. de qua hic loq̃mur. Galienus. vj. sim. far. cap̃: de lactuca s̃m trãslationem grecam. Lactuce domestice Virtus est que ĩfrigidat ⁊ humectat sicut aq̃ non extranee: sed sicut aqua stagnoꝝ vel lacunarum. vel fontanaꝝ: Et ipa est q̃ generat sanguinem bonũ. Lactuca agrestis est similis domestice nisi quia stipitem hz maiorem: et folia eius sunt albiora folijs eius ⁊ subtiliora ⁊ asperiora. Et sapor ei⁹ est amarus. ⁊ est in virtute sua similis papaueri nigro.

Operationes.

A Sera. li. aggre. cap̃. Pakas. i. lactuca. Virtus lactuce domestice est q̃ ꝯuenit apostematibus calidis. ⁊ herisiple. Et semen eius quando bibitur abscindit distillationem humiditatis spermatis Et conuenit pollutioni que fit in somnis B Et idem aucto: Galieni in li. de cibis Lactuca generat sanguinem bonum in fine bonitatis. Et ego quidem comedebam lactucas quando eram iuuenis quia ĩ stomacho meo generabatur colera. et sic infrigidabam ip̃m. ⁊ nũc etiam postquam senui comedo eas elixas: Ideo quia non reperio aliquã herbam cum qua possum curare vigilias sicut cum ipsa Humor vero qui generatur ex ea est frigidus ⁊ humidus. Et neq; ex ea accidit nocumentum sicut ex alijs oleribus et non stringit ventrem nec laxat. quia non habet stipticitatem nec salsedinem neq; acuitatem. C Idem quoq; auctoritate Dyas. Lactuca domestica est bona stomacho ⁊ ĩfrigidat ventrem. ⁊ facit dormire. ⁊ prouocat lac. Et quando ipa decoquitur est magis iuuatiua. ⁊ quando comeditur sic euellitur sine ablutione conuenit illis qui conqueruntur de stomacho suo. D Et assiduus vsus cõmestionis earũ obtenebrat visum: Et quãdo fit emplastrum cum ea conuenit apostematibus calidis. ⁊ herisipile dummodo non sit vehementis inflãmationis. E Sed semen eius bibit̃ ⁊ valet contra fluxum ventris ⁊ extinguit libidinem ⁊ pollutionem seminis in somnis: Sed quando lactuca emiserit stipitem suum tunc efficit̃ virtus succi ⁊ lactis ipsius similis v̄tuti lactuce agrestis ⁊ papaueris nigri. F Et idem auctoritate Ruffi. Lactuca quidem curat egritudines que fiunt ab ebrietate quando sumit̃ sed ipa nocet intestinis. ⁊ lenit ventrem: ⁊ abscindit libidinem: ⁊ facit dormire G Item qñ coquit̃ cum oleo zizamĩo ⁊ cõmeditur expellit ycteritiam Et est medicina bona opilationibus narium et corize quando comeditur in ieiunio cocta cum oleo: sinapiũ ⁊ lac lactuce domestice cum emittit stipitem. Abstergit vulnera que fiunt in tunica cornea Lac vero lactuce agrestis positum in fronte inducit somnum. H Et quando fit collirium cũ eo lacte iuuencule conuenit vlceri cornee ⁊ placat dolorem capitis. ⁊ prouocat mẽstrua. ⁊ curat morsum rutele ⁊ scorpionis I Galienus Calidis flegmonibus cõgruit. necnon paruis herisipilationibus non tamen potẽs est maioribus sufficere. Est autem ex cibis sedantibus sitim: Semen vero bibitum contra gomorream. i. effusionem spermatis cohibet Vñ ⁊ somniantibus datur sicut etiam semen agrestis lactuci liquorem citius coligit caliginem. necnon insuper vstionibus apta est subiuncta cum lacte femineo. K Et

idem.ij.li.de cibis:ca.de lactuca fm tran
slationem grecā. Nosse āt oportet ex om
nibus olerib⁹ paucissimū ⁊ chachocimū
sanguinem generantibus ex lactuca non
multū q̄dem neq; cacocemū.nō tñ euchi
mum ꝑfecte sanguinē generari.comedūt
aūt ip̄am vt ad multū q̄dem crudā qñ āt
extiterit circa ꝓductionē seminis estatis
tp̄e preelixatā in aqua dulci offerūt cum
oleo ⁊ garo ⁊ aceto.aut cū aliquo salsamē
torum. Et maxime quecūq; eoꝝ q̄ cum ca
seo prepant̄: L Utunt̄ āt ip̄a ⁊ añq̄
in stipitem impetuauerit ꝑ aq̄ elixantes
sicut ⁊ ego nūc incepi ex quo dēte habeo
prauos sciens em̄ aliq̄s amicoꝝ in consue
tudine q̄dem mihi ex multo tp̄e olus hoc
laborosam āt nunc hñs masticationez in
duxit decoctionē. M Utebar aūt la
ctucis in iuuentute quidem calefaciente
mihi cōtinue superiori ventre infrigida
tionis gratia. N Auicenna.li.ij.ca
pittulo.de Lactuca. Ex ea est domestica
⁊ siluestris. ⁊ illa que est siluestris est simi
lis in virtute papaueris nigri. O
Et idem auctoritate Galieni. Non est in
frigiditate eius que domestica vel ortula
na est applicatio ad vltimū.



Ca.ccxlj.

Lacca Pla. Lacca est gummi arbo
ris q̄d defert̄ a ꝑtibus vltra mari
nis.quo tinguntur pāni colore ru
beo. Habet virtutem extenuatoriam: Et
est calide ⁊ sicce complexionis in tercio g̃
du. Serapion libro aggregatoris capl̄o
Aec: auctoritate dyascoridis. Aec est gū
ma arboris que nascitur ī terris arabum.
⁊ est in ea simile mirre ⁊ storaci. Et habet
virtutem extenuandi: Et idem auct. Ga
lieni. Lacca est gummi arboris que nasci
tur in arabia.que est similis mirre habēs
odorem bonum.⁊ administratur in fumi
gijs.⁊ tingitur ex ea panni rubei coloris.
⁊ dr̄ tinctura illa karmes. ⁊ defert̄ simili
ter de Armenia.⁊ est ca: ⁊ sic: ꝯplexionis.
in.iij.gradu. Et idem aucto. Gal'. in tran
slatione albatarich Lacca est gumma ar
boris.que nascit̄ in Arabia.et est similis
mirre hñs odorem bonū. Et idem aucto:
Rasis. Lacca cadit ex celo.sup̄ ramos ar

boris gubera.i.mespili.in partibus siref in Insulis maris.⁊ est ca.⁊ sic.ꝯplexiōis. Auicenna li.ij.ca.de lacca: Lacca dixerūt quidā de q̄bus est dcm̄ Paulus est gūma herbe similis mirre boni odoris: Et oportet q̄ administratur cum cautela: Alij v̄o errauerunt ⁊ dixerunt q̄ est karabe. Verū lacca in plerisq̄ est virtutis karabe.et est extenuatiua v̄tute vehementi.

Operationes.

A Bias: Lacca cōfert asmati.si puluis eius cum ouo sumatur ieiuno stomacho. Et confert spleneticis in syrupo si ponat̄ ⁊ ꝓuocat menstrua:⁊ cōfortat visum ſm omnem modū administrationis eius Et confortat stomachum:et aperit opilationem stomachi ⁊ epatis. Et curat yctericiam ex opilatione B Serap̄. Lacca habet virtutem extenuandi pingues:⁊ bibunt de ea splenetici ⁊ asmatici ⁊ confert Et quando bibit̄ cum mellicrato ꝓuocat menstrua. ⁊ abstergit maculas que fiunt in oculis abstersiōe veloci. C Et curat debilitatem visus quando misceat̄ cū vino ⁊ fit inde collirium.⁊ est bona dolori dentium.et aperit opilatōnes:⁊ fortificat viscera.⁊ tinguntur inde panni coloris rubei. D Et aperit opilationem stomachi.⁊ confortat eum.⁊ confert yctericie: Et modus ablutionis eius est.q̄ accipitur gummi eius ⁊ teritur.⁊ ꝓijcit̄ sup ea aqua ca.in qua bulierint aristologia ⁊ squinantū:⁊ mouet̄ cum pistello.⁊ dimittitur residere.et eijcitur aqua:deinde desiccatur in vmbra.⁊ reponitur in vase vitreo:⁊ si non clarificatur prima vice.facias secūdo: E Auicenna. Lacca confert tremori cordis:⁊ confert epati:⁊ confortat stomachū:⁊ ꝯfert yctericie.et ydropisi.⁊ doloribus epatis



Ca.ccxlij.

Larix. Ysidorus. Larix a castello liricino dicta est ex qua tabule tegulis affixe flāmam repellūt nec ex se carbones exuste efficiūt. Pli:li.xvj. Larix est arbor ex siluestri genere.cui folia non decidunt.sicut nec abieti: Nulloq̄ flore exhilarat̄.ꝓtinus em̄ e flore fructꝰ gignit̄ Montes amat sicut ⁊ cedrus:⁊ est q̄ntum genus eaꝝ q̄ picem ferunt cui situs idem ⁊ facies.vt abieti: Huius materia lōge p̄stantior incorrupta.vis humore ꝯtumax rubeꝰ p̄terea ⁊ odore acrior. Huic quoq̄ plusculum erumpit liquoris.mellio colore atq̄ lentiore nunq̄ durescentis: Sextū vero genus est teda:laricisq̄ morbus est. vt teda fiat. Om̄ia vero huius genera q̄ picem ferunt.accensa fuligine inmodica repente carbonem cum eruptionis crepitu expuunt. eiaculanturq̄ lōge. excepta larice.que nec ardet.nec facit carbones: nec alio mō ignis vi ꝯsumit̄. q̄ lapides.

Omnia quoq; illa perpetuo virent Larice sunt oim̄ arboꝝ altissime atq; rectissime

Operationes.

A Plin̄. in li. vt sup̄. Signit ⁊ larix cauchrin sicut ⁊ abies. videlicꝫ pillulā in medicina vim vrendi bn̄tem q̄ ꝯtinet nucleū pineis similem. B Idem in li. xvij. Serunt aūt semine nec vnq̄ degenerant larix ac cypressus ac palme C Palladius li. xij. Larix ad materiā est vtilissima ex qua tabulas sustigas tegulis in fronte. ⁊ extremitate tectorum. contulisti p̄sidiū contra incendia. Nec em̄ flāmas recipiunt aut carbones creare possunt.



Ca. cc xliij.

Lappacium maior. Dyas. ca. de lapatio. ponit. quatuor eius genera dicens. Lappacij quatuor sunt genera vel species. Unū quod mādncatur ⁊ est illud quod vocat̄ insipidum. Alteꝝ quod dr̄ oxilappaciū ⁊ acetosum lapaciū ⁊ illa est herba que vocat̄ acetosa q̄ ī locis humidis nascit̄. ⁊ in summitate eius sunt folia acuta et dura. verum melius est q̄d in ortis nascit̄ Est alid genus lappacij qd̄ est agreste. et bonū minus. simili plātagini sup̄ terram spansum ⁊ indebile. Est aliud genus quod multi zadam dicunt. Folia similia lappacio agresti hn̄s. ⁊ virgam minorem. semen ei est acutum et rusum siue subnigrum ⁊ triangulatū ⁊ viscidum. super virgam habēs semen. Gal. vj. sim. far. ca. de lappatio. Lappaciū dyaforetice moderate virtutis. Acutum v̄o lappaciū mixte simul vero cum diaforetica ⁊ repercussiua p̄ticipat quadam qualitate. Semen vero eius habet quid stipticum manifeste ⁊ dissinterias ⁊ diarias sanet ⁊ maxime id quod est acutum lappatiū. Eq̄nū autem lappacium in nemoribus quidem generatur vt plurimum autem est eiusdē quidē cū predictis debilioris v̄o virtutis

Operationes.

A Dyas. Virtus lappacij vna est que ventrem mollit crudum ⁊ tunsum ⁊ cataplasmatibus adhibitū cū oleo rosaꝝ duricies spargit. B Valet etiā cōtra scabiem. empetiginem ⁊ serpiginē si accipiatur succus eius ⁊ oleū nucis. ⁊ pix liq̄da ⁊ simul buliant. ⁊ colet̄ et colature addat̄ puluis tartari. ⁊ sulphuris et fiat vngentum ad apostemata maturandū. Lappacium acutum tritum. ⁊ in oleo decoctum ⁊ cum axungia sup̄ponat̄. C Cōtra splenis duriciem succus lappacij acuti cū storace liquida ⁊ armoniaco ⁊ aceto conficiatur. ⁊ dimittat̄ tribus diebus postea fiat decoctio ⁊ colet̄. ⁊ colature addatur cera ⁊ oleum ⁊ fiat vngentū. D Aq̄ vel vinum decoctionis eius soluit opilationem splenis vel epatis. Contra scrofulas nouellas fiat emplastrum ex lappatio acuto ⁊ axnugia simul contritis. E Crispelle facte ex lappacio acuto valent asmaticis ex frigida causa.



Ca. cc xliiij.

Lappaciũ minor siue rotundũ: Platearius. Lappaciũ rotundũ dr̃ eo q̃ ad rotundita tẽ tendit; ⁊ minora sup̃dicte. Ca. est ⁊ sic. in. iij. gradu. Paul⁹ cap̃. de lappacio ex ea est maior ⁊ minor. maior vocat̃ bardanus ⁊ est masculus carens semine. minor vocat̃ bardana. et est semina faciens lappas ⁊ semina adherentia pãnis aliq̃ vocãt eam lappã inuersam

Operationes.

A Dias. Radix eius cathaplasmata leprosis medicat̃. Eius elixatura fomento adhibita. ⁊ in balneis fricata. pruriginez corporis tollit. dolorem aurium mitigat. B In vĩo elixa dolorem dentium gargarismo compescit. ⁊ cataplasmata scrofas spargit. Et oim̃ v̄tus est vna cũ p̃dcã.



Ca. cc xlv.

Lapago. Dias. ca. aproparine: i. lapago. ⁊ est herba v̄gas multas habens lõgas ⁊ quadras ⁊ asperas. folia rara et in ordine posita. semen est ei album ⁊ rotũdum et p̄uũ in medio p̄tusatum sicut vmbilicus: florẽ hz albũ: Folia eius vestibus transeuntiũ inherent. Nascitur circa muros ⁊ ortos: Hac herba pastores ꝓ liq̃torio vtunt̃ lac liq̃ntes. Gal. vj. sim. far. ca. aporina Aporina filo ãtropos vel filotropi dr̃. Dr̃ etiã lappula minuta ⁊ purpurea. mediocriter abstergit ⁊ desiccat. hz ãt ⁊ aliq̃d subtiliũ parciũ.

Operationes.

A Dyas. Succ⁹ huius herbe, ⁊ v̄gaꝝ ⁊ semĩs ei⁹ morsum mitigat spalangionis: cũ vĩo bibit⁹. ⁊ venenis occurrit. Hic succus aurib⁹ infusus eaꝝ dolorẽ mitigat. h herba cũ axũgia mixta scrofas spargit. folia ãt ei⁹ ꝯstringẽtis sunt v̄tutis: B Et ꝓptẽa fluorẽ sanguĩs cataplasmatib⁹ apposita medent̃. ⁊ rei coherẽti miscent̃.



Ca.ccxlvj.

Laurus. Ysidorus Laurus a laude dicta est. vñ ⁊ olim laudea dicebatur. Hac em̄ cum laude victoꝝ capita coronabant̄. eo q̄ nunq̄ viriditatez deponat. Sola q̄z arbor hec vulgo fulminari minime credit̄. Auicenna. Laurus ē arbor ca. ⁊ sic. in. ij. Cuius odor redolens Oritur in locis mōtuosis hñs folia sicut mirti. nisi q̄ maiora sunt. Et eius fructus est rubeus. virtusq̄z illi⁹ est in folijs ⁊ frcū ip̄ius. Grana eius sunt ad modū auellāe ꝑue. In ip̄a tota est calefactio. Sz grana eius calidiora sunt folijs Cortex v̄o debilior est ⁊ minoris caliditatis. Pla. Laur⁹ ca. est ⁊ sic. Cuius folia v̄tutem hñt cōfortandi fructus ex aromaticitate dissoluendi ⁊ ꝯsumendi. Folia exiccata in loco vmbroso ⁊ non fumoso ꝑ annū in multa efficatia seruant̄. Fructus ꝑ duos ānos. Palladius li. iij. Mense Februario ex baccis mirti ⁊ lauri seminaria sunt facienda. vl' si facta fuerint excolenda. Sera. li. aggre cap̄. gara auct. dyas. Gara. i. laurus. Ex eo est habens stricta folia. ⁊ ex eo est hñs latiora. ⁊ est masculus ⁊ calefaciunt et desiccant calefactione ⁊ desiccatōe forti Et granum eius est forti⁹. Dyas. ca. de Lauro ſm translationē grecam. Laurus alia est latioꝝ folioꝝ. alia tenuioꝝ. sed vtreq̄z feruentis v̄tutis sunt atq̄z recorporatiue quoꝝ elixatura ca. est. Galienus. vj. sim. far. cap̄. dasne arboris siue lauri tā folia q̄ fructus siccant ⁊ calefaciunt vehementer. plus tamen fructus q̄ folia Cortex vero radicis minus q̄dem acer ⁊ calid⁹. magis aūt amarus ⁊ quid stipticitatis habz Juuenalis. Laurus est arbor cuius folijs victores coronant̄. vñ lauro ꝓpter victoriam coronatus dr̄ laureatus. et corona q̄ propter v̄ginitatem mulieres coronātur. vocatur laureola.

Operationes.

A Dyas. Elixaturā eius si in scafio missa fuerit ⁊ desu ꝑsedeat vesice ⁊ matricis dolorem compescit. Huius folia viridia stiptica q̄ tūsa ⁊ cathaplasmatibus adhibita vesparum ⁊ apum ꝑcussum ꝓhibēt. ⁊ omnes tumores spargent B Et si sinapi aut polente misceant̄ ⁊ viridia bibita nauseam ꝓuocant. stomachū subuertunt. Huius bacca plus ca. est q̄ folia. C Et habet v̄tutem fortiorem que tunsa ⁊ electuarij more melle collecta. tussientes ⁊ ptisicos orthonoicos. ⁊ toracis reumatismum sanitati restituit. cum vino bibita ictibus scorpionū occurrit. maculas nigras detergit D Succus eius surditatem aurium manere non sinit. ⁊ incōgruos sonos cum vino ⁊ ol'o rosarum adhibita compescit. E A copis et vnctionibus calidis notabiliter misceť virtutibus etiam dyaforeticis necesse miscetur. Corium eiusdem arboris tritum ⁊ bibitū calcl'os frāgit. aborsum excludit epaticis obul' trib⁹ cū vīo bibitū p̄stat effcm̄.

F Succus vero radicis eius minus est acer. et tñ est amarus et magis stipticus propter q̃d lapides vesice rumpit. oīs āt arbor vires habet acriter relaxantes ⁊ calefacientes ⁊ euaporantes. G Gal. Laurus lapides frangit ⁊ epaticis ꝯfert. bibitus cū vino odorifero in pondē triū obulorꝫ H Avi. Laurus ꝯfert doloribus neruorꝫ oībus Linit̃ sup̄ morfeā cum vino. Resoluit etiā sodā. et facit ad dolores auris frigidos. I Rasis. Jar. i. laurus Apostemati matricis. ⁊ puncture scorpionis. Ac dolori neruorꝫ auxiliat̃. q̄ totū semen ⁊ oleū auxiliant̃. fastidiū tamē ⁊ vomitum faciūt. K Cortex eius bibitus frangit lapidem.



Ca. ccxlvij.

Laureola. Ubi sciendum q̄ aliqui putant laureolam non esse mezereon. quorꝫ scz error dinoscitur in cacoconidion superius de c. Dyas. ca. Basnoides id est laureola Habet virgas longas duobus cubitis tenues r̃ctas ⁊ lenes ⁊ folia lauri similia sed tenuiora et viridiora. semen in medijs folijs habens. Et id̃ s̃m aliam translationem. Basnoides. i. laureola cubiti vnius habet longitudinē ⁊ virgas multas ⁊ non fragiles sed musci laginosas. Folia sunt illi lauro similia. sz molliora. i. flexibiliora ⁊ duriora ⁊ nō frāgibiliora gustu calida exasperantia. Flores albos habet semen vero nigrū cū maturum erit. Radix est illi inutilis. Nascit̃ locis montuosis. Et illud q̃d de ea administratur est radix.

Operationes.

A Dyas. Basnoides. i. laureola folia eius sicca ⁊ viridia bibita. flegma vētris deponunt. vomitum ꝓuocant. menstruis imperant. Apoflegmatismis masticata prestant auxilium. Sternutamenta ꝓuocant. seminis eius grana. x. bibita ventrē molliunt. B Galienꝰ. Camedapne id est laureola ꝓuocat vrinam. ⁊ mēstrua Et confert distillationi vrine. ⁊ mingentibus sanguinem. C Cassius felix. ca. Camedapne. Et est diuretica valde. Folia eius cathaplasmatibus adhibita dolorem capitis tollunt. Egestiones stomachi īpōita ꝯpescūt D Et tortōes anteriores cum vino bibita potissime que semīa habent anterius. posteriores vero que sunt posterius medicantur. Succus eius cum vino bibitus menstruis impat prouocat vrinam. pessario adhibitus. h̃ omnia facit. E Pictualis est v̄tutis cum folijs suis sine floribus incendiose se laborantes quidam cataplasmauerunt Que vero dicit mesue. vide cap̄. cocognidion supra de c.



Ca.ccxlviij.

Laudanū. Bias. Est em̄ genus edere quam multi antion vocāt. Alij barbam yrcinam: quia pinguedo eius adheret barbaris yrcoꝝ. frutex est similis cystereon. sed longiora folia hꝫ hec ⁊ integra: Et nescio q̄ pinguedinē habet sup folia Virtus est illi stiptica in folijs: ⁊ ex ea colligitur laudanū Huius em̄ edere folia yrci capraꝝ libenter manducant q̄ cum depascere ceperint pinguedo illa q̄ super folijs erit barbis ⁊ humeris yrcorū adheret. Et a diligentibus ex ip̄is collcā ⁊ in se r̄dacta laudanū faciunt. Alij vero sup ramos ipsius funes trahunt extendētes inter se. Et si quid ex ip̄a pinguedini funi adheserit colligunt. Et sic utunt̄ tali disciplina ⁊ manibus fricata malaxant ⁊ pastillos ex ip̄a faciunt quod laudanum vocant: Est autem vtile q̄d odore plenū est ⁊ viride ⁊ facile: ad malaxandum ⁊ pīgue non habens arenam cōmixtam. ⁊ minime fragile. ⁊ simile resine. cuius virtus ca: est ⁊ hu. in fine primi gradus. ꝓpe fm. Substantia eius est subtilis multum ⁊ in sapore eius est stipticitas pauca. Serap̄. cap̄. ledent. i. laudanum. Et colligitur ex vna specie cissos. et est arbustū quod assimilatur cistereon. nisi quia folia eius sunt longiora ⁊ nigriora ⁊ habet humiditatē que adheret manui tangentis eam in vere. ⁊ est stiptica. et ex hac specie accipitur laudanum quod disciplīa sup̄iori ꝯficit̄.

Operationes.

A Gal. vij. sim. far. cap̄. Cithus siue cistus. i. laudanum: Est autem subtiliū parcium in substātia: ⁊ calide virtutis scōm primū accessum complete. vt est secundū tanget propterea. virtus eius est, q̄ maturat. aggregat ⁊ fortificat. et similiter dyaforetice est v̄tutis ⁊ digestiue. ⁊ vltra predicta habet quandam stipticitatem breuem, ꝓpter quod cōfert egritudinibus matricis: et fortificat eam: B Et facit oriri capillos qui cadunt propterea quia destruit quod est in radicibus eorū. et humiditatibus eoꝝ malis. et stringit sua stipticitate poros ꝑ qnos egrediuntur pili. fiunt em̄ he passiones ꝓpter p̄uos humores viscosos ⁊ grossos quos incisiua ⁊ dyaforetica farmaca maxime educūt et euacuant. subtilium vero partium oportꝫ eē virtutis ca. et non multum stiptice. Non tamen in tantum subtilium partium ⁊ siccantium vt siccent et depascent cū humoribus preter naturam aceruatis ibi naturalem humiditatem que augēt capillos ita em̄ nō alopicias sanabūt magis q̄ caluiciem op̄abunt̄. C Nec non et laudanum incarnat vlcera difficilis consolidationis ⁊ miscetur in medicinis sedātibus tussim. Et quando bibitur cum vino veteri stringit ventrem. Et fit ex eo fumigium ad expellendum secundinam. ⁊ ponitur in nascalibus valentibus cōtra durieiem matricis. D Paulus capitlo

de laudano. Est eligendū quod est pōderosius ⁊ nigrū ⁊ ꝙ malaxari potest. Et valet etiam sic electum contra epilentiam si inungatur spina pacientis. ⁊ valet ad frigiditatem matricis: ⁊ suffocationem. Si mulier ex eo recipit fumum ⁊ super inferiora. Valet etiam contra relaxatōem dencium Si laudanū et mastix conficiantur ⁊ circa gingiuas extra ⁊ intus ponant̄ E ¶ Sera. auct. dyas. ca: ledent. i. laudanum. Virtus laudani est ca. mollificatiua Aperitiua orifitiorum venaꝝ. qn̄ miscet̄ cum vino et mirra. Et cum oleo mirtino sup̄ cicatrices vlcerum meliorat eas. // F Et quando mittit̄ in aurem cū vino ꝙ dr̄ ydromel aut cum oleo rosaꝝ. Curat dolorem earum. Et fit inde fumigiū ad expellendum secundinā. G ¶ Et ponit̄ in confectione nascalium vl' collirioꝝ matricum. ⁊ confert duriciebus earum. Et miscetur in medicinis sedantibus dolorem. ⁊ in medicinis tussis. ⁊ in vngentis. // H Et qn̄ bibitur cū vino veteri stringit ventrem ⁊ ꝓuocat vrinā faciliter I ¶ Auicenna. Laudanū est subtile: ⁊ est in eo pauca stipticitas Et ē maturatiuū humiditatum grossaꝝ viscosarum quas cum equalitate resoluit in quo est virtus attractiua ⁊ est calefactiuū aperitiuū orificioꝝ venarum: ⁊ ingreditur in sedatione doloris et facit nasci pilos inspissat eos: et ꝓlongat eos: ⁊ ꝯseruat proprie cum oleo mirtino ⁊ cum vino. ⁊ non facit hoc nisi quia ip̄m est subtile: ⁊ ꝓfundatur ⁊ est resolutiuum ⁊ mundificat corruptionem corrodētem carnem. K ¶ Et est attractiuū et attrahit materiam bonam ad pilos. verūtamē non videtur conferre caluiciei cū incipit. ⁊ casui pilorum cum apparet cutis: et fluxui capillorum. ⁊ non peruenit ad hoc vt sanet alopitiam qm̄ materia alopitie nō resoluitur nisi virtute que est supra v̄tutez resolutionis eius. L ¶ Et laudanum consolidat vlcera dure consolidationis. Et distillatur cum ol'o rosaꝝ in aurem dolorosam. ⁊ ingreditur in medicinis sode ⁊ pulsationis. M ¶ Et confert tussi et resoluit apostemata matricis suppositū in pessario. ⁊ attrahit fetum mortuū. et secundinam suffumigatione facta ex eo in traiectorio. ⁊ qn̄ bibit̄ cū vino antiq̄ ꝯstrigit ventrem ⁊ ꝓuocat vrinam.



¶ Ca. ccxlix.

Latiua s̄m dias. in proprio cap̄. tirsulum habet oblongum fascitate digiti cauum in summo quasi ramulum diffusum: ⁊ folia oblonga: fructū in summitate ramorum habens triangulum ⁊ subrotundum in modum capparis in quo tria grana continentur sub mēbranula que intra corticem est.

¶ Operationes.

A ¶ Dyascorides. Granula eius. vij. vl' ix. potata ventrem viscide purgāt ꝙ si aq̄ frigida sup̄ bibatur coleram rubeā ⁊ flegma deponunt



Ca.ccl.

Lauendula est herba ca. ⁊ sic. complexionis. Paulus. Lauēdula est herba om̄ibus nota ⁊ caret semīe flores vsui medicine cōpetunt. ⁊ odorem suauem ⁊ bonū hn̄t. nō hn̄t succū nisi valde paꝝ. Radix nō ꝯpetit vsui medicīe.

Operationes.

A Virtus eius est que resoluit ⁊ fortificat. Contra sincopim et cardiacam passionem ex frigida causa fiat decoctio eius in vino odorifero. addita aqua rosaꝝ et detur pacienti. B Lauendula est p̄stans somnū ⁊ sedat sodam qn̄ emplastrū cum ea fit sup̄ frontem. C Aqua decoctionis eius potata: nefreticis. epilenticis ⁊ apopleticis confert. lauendula miscetur diuersis antidotis ⁊ miris ⁊ varijs odoribus grate miscet̄. D Itē odor eius grauat caput ⁊ facit somnum: Et qn̄ bibitur decoctio eius est ꝯueniens illi cuius cerebꝝ infirmat̄. E Aqua eius e floribus distillata valet ad apoplexiam. Emplastrum ex eo factū cum ozimo valet puncture scorpiōis. F Ad preseruādam apoplexiam: Re. floꝝ lauendule. E. ij. cinamomi. spice. croci. ligni aloes. masticis. nucismuscate. gariofili. calami aromatici. zinziberis. rosaꝝ macis. cardamomi ana. ℥. j: buliant cum aq̄ ro. in vna fiala vitrea in cinere calido postea colet̄. et paulatim cū cocleari potui propinet̄.



Ca.cclj.

Leuisticum. Pla. Leuisticū est herba om̄ibus nota. ca: ⁊ sic. in. ij. gradu Cuius semen similiter appellat̄ Et in medicinis semen ponit̄. Virtutem habet diureticam: virtutē q̄z aperiendi: ⁊ extenuandi. Constātinus in li. graduū. Leuisticum est in tercio gradu calidum ⁊ siccum: Semen autem et radix in medicinis ponitur.

Operationes.

A Platearius. Vinum vt̃ etiã aqua decoctionis eius valet ꝓtra opilatõem splenis ꝛ epatis ꝛ cõtra ventositatem. et ꝓtra dolorem stomachi. et intestinoꝝ ex ventositate. Puluis etiam eius cũ pulvere cinamomi datus valet ad p̃dicta ℞ Cõstantinus vbi supra. Libũ digerit. Opilatõnem epatis aperit. de frigido humore dolorem mitigat. ℞ Stomachi ventositatem ꝛ inflationem rugitum ꝛ intortõ ex dissolvit. Menstrua ꝛ vrinã puotat. Etiã illa verba sm Constantinũ habent in li. de simplici medicina alma gesti.



Ca. cclij.

Lepisticum silvestre. Dias. ca. Thalaspium sm translationem grecã Thaspium. i. Lepisticum silvestre Nascit in tumulis ꝛ in vijs ꝛ sup tegulas herba est minuta folia habens ꝛ angusta ꝛ duobus digitis longa. ꝛ in summo diuisa ꝛ pinguia. vgã in medio ꝓferẽs duoꝝ palmoꝝ cũ paucis ramulis. in ꝗbus fert semen latum silẽ cartamo. ꝛ obrotundũ ꝛ veluti conquassatum. vñ ꝛ nomẽ sumpsit florem habet subalbidum.

Operationes.

A Dias. Virtus est ei termãtica. ꝛ potissime semi eius potui datũ in acceptabili qñãtitate ꝓ suprioza atq; inferioza purgationẽ facit vehemẽter. ℞ Sciaticis ꝓ cristere adhibitũ medet. bibitũ mẽstruis impat. aborsum facit ℞ Ga. vj. sim. far. Talapis sm trãslatõem grecã. Est ãt lenisticũ silvestre es semẽ acris virtutis est. qz apata rumpit. ℞ Et panũ impositum sciaticis cõvenit. Est ãt ꝛ altrex purgativũ sup er subd colliricoꝝ bibitũ in oxitabi multitudine.



Ca. ccliij.

Lenticula aque vel lentigo aq̃. Dera. li. aggre. ca. gabaleb. i. lenticla aq̃. ex ea est marina. ꝛ ex ea est aque dulcis. ꝛ illa q̃ est aq̃ dulcis est lenticla q̃

reperitur sup aq̄s erecta hñs corticē viri dem. ⁊ est rotunda sicut lenticula similis est ei in figura sua. Et repit̄ in lapidibus sup aq̄ erecta natās sup faciem aq̄. Gal. viij. sim. far. ca: facus. i. lenticula aq̄tica. hu. ⁊ fri: ꝯplexionis in: ij: gradu. exñs ſm vtrūq; Paulus ca. Stratiotis. Et est herba st nascit̄ in supficie aq̄ sine radice cum folijs similib⁹ sp̄viue. Est āt v̄tutis redarguētis ac remordētis. Dyas: ca. de lēticl'a aq̄ lēticl'a colorē viridē hñs. v̄t⁹ ē ei fri.

Operationes.

A Gal. Lēticula aq̄ hz q̄d stipticitatis ꝓpter q̄d vulnera p̄t consolidare. ⁊ vlceribus est vtilis. quidam autē eo et ad emorrosagias vtuntur ⁊ ad fistulas. B Paulus. Potui data valet ad fluorē sanguinis ex renibus: et cum aceto contrita atq; vt cathaplasma adhibita. C Dyas. Omnes tumores spargit: Ignem sacrū extinguit. podagricis necesse miscetur: medicaminibus sola et cum polenta apponitur infantibus.



Ca. cc liiij.

Lens. Sera. li. aggre. cap̄. zedens aucto. dyas: Meliores ex lentibus sunt ille que velocius maturantur et quando infundunt̄ in aqua ad mollificandum nō nigrescunt. Gal. vij: sim. far: ca. de lentibus ſm translationem grecā. Inquit Lentes stipticant non fortiter. in medio v̄o ca. ⁊ fri. ꝯsistūt siccāt āti. ij. g̃.

Operationes.

A Gal. Eodem li: ⁊ cap̄: ſm translatōnem arabicam. Sapor eaꝝ est stipticus stipticitate pauca: Virtus lentis p̄ma est media inter ca. ⁊ fri. ⁊ exiccat in: ij: gradu Et ip̄a stringit ventrem: qñ coquitur bis ⁊ ꝓijcitur aqua p̄ma. ⁊ aq̄ in qua coquuntur laxat ventrem. B Et dixit Ypo. vj. epidimiaꝝ q̄ est tem̄pata in cali. ⁊ fri. ⁊ declinat ad calorem parum p̄. Et signū in hoc est q̄ non apparet p̄ eam qñ comeditur: aut quando moratur in stomacho. aut quando descendit a ventre infrigidatio corpori. ⁊ est composita ex substantia que stringit ventrem qñ coquit̄ bis ⁊ proijcitur aqua prima: et aqua in qua coquūtur laxat ventrem. C Idem auctoritate Dyas. Quando comeditur ex ea assidue facit obscuritatem visus. et est dure digestionis mala stomacho. ⁊ accidūt ex esu eius somnia mala. ⁊ est mala neruis ⁊ pulmoni. D Et idem Sera. auctoritate Mesarugie. Excorticate ex his sunt fri. grosse stringunt ventrem ⁊ vrinā. ⁊ ingrossant sanguinem in veuis. ⁊ nō sinunt eum currere. E Et idē auct. mesuay Lens ip̄a est fri. ⁊ sic. in p̄mo gradu. et cortex eius est ca. ⁊ sic. in primo gradu: Et de proprietate eius est minuere vrinā et mēstrua ꝓpter eius sanguinis ingrossatōem.



Ca. cclv.

Lilium. Ambrosius. Considerate lilia agri. quantus sit candor in folijs. ipaq; folia stipata quomō ab imo ad summū assurgere videant. vt exprimant formā ciphi: ⁊ vt auri species q̄daz intus effulgeat. que cum vallo in circuitu floris obsepta iniurie nulle pateat Si q̄s hūc florem decerpat ⁊ in folia sua soluat. que tanta est manus artificis q̄ lilijs spēm reformare valeat. Glosa sup Lucā libro. xij. Lilia non siluis sed in ortis nascuntur nec vllum agricultaꝝ cultū req̄runt sicut ceteri fructus. sicut scriptū est. Considerate lilia agri quō crescūt. neq; laborāt neq; nent. Non laborant coloribus odorādo. neq; nent sibi indumenta faciendo: Palladius li. iij. In februario mense liliorum bulbos ponemus. vel lilia ante habita sariemus summa diligentia. ne oclos circa radicem nascentes et minores bulbulos sauciemus Qui a matre subtracti atq; in alios digesti ordines. noua lilieta formabunt. Byas. ca. de lilio. Lilium hec est lecina quā multi in coronam ponunt. Et est omnibus notum cuius flores albi sunt satis. Est autem aliud genus lilij quod vocatur yris ylirica. folia habz silfio similia vel gladiolo. sz maiora ⁊ vastiora. flores habet ⁊ superiores inclinatos sibi inuicē diuersis coloribus albo scz ⁊ mellino aut purpureo: aut venecino. Radices sunt sibi dure ⁊ curue ⁊ odore bono plene: he radices colligende sunt. ⁊ filo inserende. et sic in vmbra pendentes siccande sunt dura ⁊ breuis: ⁊ coloris rufi. ⁊ odoris boni. eligenda est in gustu calidior Sera. li. aggre. ca. ansea. i. lilium. Est em̄ calide ⁊ sicce complexionis in secundo. Ex eo est domesticum et siluestre. Sed siluestris sunt species. ⁊ nominat̄ vna arsemetim. i. celeste. ⁊ est album quod est notum De illo in p̄nti ca. dicemus.

Operationes.

A Anicenna. Lilium album ortulanū ca. ⁊ sic. est in secūdo. In ip̄a est terreitas subtilis acquirens amaritudinez. ⁊ aqueitas equalis complexionis. Confert panno ⁊ lentiginibus proprieq; radix eius: ⁊ mundat faciem ac remouet eius cōtractionem. valz incisionibus neruorum ⁊ spleni sed malum est stomacho. proprieq; oleum eius. quod est resolutiuū. aperitiuum lenitiuū duriciei matricis bibitū ⁊ inūctū B Idem. Radix eius confert adustioni aque calide. qm̄ exsiccatiua est. mollitiua: ⁊ abstersiua. cum equalitate ꝯsolidat. Ex decoctōe quoq; ip̄ius radicis fit oris collutio ad dolorem dentium. et proprie illius q̄d siluestre est C Idem. Liliū confert puncture vermiū venenosorum: proprieq; scorpionis. Oleum quoq; eius est tyriaca coriandri ⁊ fungoꝝ. Emplastꝝ ex folijs cum vino factum super herisipilam confert valde. D Plinius. li. xxj Lilium rose nobilitate proximum est quadam cognatione vnguenti oleiq; ꝙ liliō appellatur. Nulla florum excelsitas maior Interdum cubitorum trium lāguido

Alba lilia omnibus eisdem modis seruntur quibus ⁊ rosa Nihilq; fecūdius: vna radice quinq̄ gētos sepe bulbos emittēte E ¶ Sera: Conuenit combustioni ignis qñ assatur. ⁊ teritur cum oleo rosaꝝ. et ponitur sup locum combustionis ⁊ dimittit̄ donec curetur. quoniam combustiones egent medicina que desiccat et abstergit cum temperamento. F ¶ Et est bonū ad incarnandum omnia vlcera. et mollit duricies matricis. Folia eius incarnant ⁊ abstergūt abstersioni debiliori q̄ radix Et quando coquuntur ⁊ ponuntur super combustionem ignis: aut sup̄ quodcunq; vulnus faciūt incarnari vlcerationem eorum. G ¶ Et sunt quidā qui infundūt flores eius in aceto. ⁊ vtutur eis ad incarnandum vulnera. ⁊ contundit̄ flos eius: ⁊ exprimitur succus eius ⁊ coquit̄ ī aceto ⁊ melle ita q̄ ex succo fit quinquies plusq̄ acetum ⁊ mel. H ¶ Et est medicina cōueniens ad omne quod eget exsiccatione sine mordicatiōe. sicut sunt vulnera magna. ⁊ ꝓprie q̄ fiunt in capitibus musculoꝝ ⁊ ad vlcera om̄ia que sunt difficilis incarnationis. I ¶ Sed alterius speciei lilij que dr̄ yris et est lilium agreste s̄m eundem autorem Gal'. Substantia est subtil' ⁊ mundificat ⁊ maturat: Et conuenit speciebus tussis ⁊ facit ascendere scteatum a pectore. ⁊ curat tortōnes ventris ⁊ vlcera sordida. ⁊ qñ bibit̄ cum melle ⁊ aqua calida laxat ventrem. K ¶ Syas. Flores lilij domestici pñt emollire duricies neruorum. Folia eius cocta ⁊ imposita ad combusta ꝓficiunt loca Vlexationes serpentū curāt. Succus eius melli admixtus ac decoctus in vasclo nouo. Vlcera vetera medetur. L ¶ Galienus. vij. sim. far. ca. de lilio. Flos lilij domestici complexione mixtus est subtilium parcium quadam ex terrestri substantia. Vnde habet ⁊ eā que in gustu amaritudinem et ex quadam aq̄sa eucrita. M ¶ Vnde oleum q̄d ex eo est pigmentum in mordacis et dyaforetice ⁊ mollitiue est virtutis. ex quibus et duriciebus que in matricibus aptissimū est Radix autem ⁊ folia per se trita siccant ⁊ abstergunt et dyaforant moderate. N Auicenna de viribus cordis ait. q̄ cōfortat cor.



¶ Ca. cclvj.

Lilium conuallium. Pla. Liliū conuallium est herba hñs flores bene redolentes: folia eius plātago maiori similia. Nec folia nec radix vsui medicine competit Sz flores v̄tutem habēt confortandi et resoluendi.

¶ Operationes.

A ¶ Pli. Re: flores lilioꝝ conualliū lb. ß. ponant̄ in vino optīo mensuram vnam stent in infusione ꝑ mensem: deinde distilletur vinū istud ꝑ alembicū: Cū ista aq̄ distillata sume. ʒ. ij. aq̄ lauēdule. ʒ. iij. grana pipis ro. ʒ. ß. misceant̄. de ista sume ī septimana. Z. ß. ieiuno stomacho et ista septimana nō hēbis apoplexiā neq; litargiā. B ¶ Idē Cū ista aq̄ etiā potes linire tempora minuit fluxū catarralē: ⁊ sedat sodā Ista aqua etiam curat colicam passionē potatum Et confortat cor.





Ca.cclvij.

Lilialis. Pande.ca.xxxvj. Lilialis ē q̄daz herba hn̄s folia sicut rubea tī ctoꝝ nisi qꝛ sunt mīora. ⁊ vtcūqꝫ aspera. expādens se ꝑ terrā: sicut herba granoꝝ vel rubus. eiꝰ flos est ꝑuus sicut flos solatri hn̄s r̄cte figurā lilij dō estici. Aui. li.ij.ca. alguascen. vel aluseu: i. herba lilialis. ⁊ est herba cuiꝰ flos ē sil'is lilio ⁊ ꝓpter hoc dr̄ lilialis. Et est ca. ⁊ sic. in: j. gradu.

Operationes.

A Idē Lilial' desiccat cū eq̄litate ⁊ abstergit. ⁊ ꝯfert panaritō. ⁊ r̄soluit totū illō cū eq̄litate B Gal'. vj. de sim. medi. ca. alissū. Alissū siue āplosilō. dcā ē q̄dem alissū. i. lilial' herba qꝛ mirabl'r ꝯfert morꝭ a cāe rabido imo ⁊ iā occupato rabie ꝓpinata sepe sola sanauit. C Si q̄s aūt vtat̄ ī plurib⁹ ꝯgnoscꝫ q̄ diaforeticū ē mediocriter. ⁊ siccatm̄ cū eo q̄d aliq̄d abstersionis hꝫ. hinc āt alfos ⁊ esilinas mundificat. Pli. ca. alisō. i: lilial' sil'is ē rubee tīctorum ⁊ nō distat ab ip̄a nisi quia ip̄a rami ⁊ folia sunt minora.

Ca.cclviij.

Liquiritia Theodorus p̄scianꝰ. Liquiritia est eligēda nō multū g̊ssa nec nimis tenuis q̄ in terra crocea fit. que etiā cum frangit̄ leuis est ⁊ interiꝰ subalbida. sꝫ nigra vel viridis abijciēda est succus eius fortioris efficatie est. q̄ efficitur sic. Cum viridis est radix concutitur bene et in aqua decoquitur vsqꝫ ad consumptionem. postea exprimit̄ ⁊ desiccat̄ in sole. ⁊ in rotūda corpuscula ſm formā vasculoꝝ formatur Alij sophisticant hoc modo. faciūt puluerem liq̄ritie. ⁊ coquūt in aqua ⁊ addunt mel ⁊ faciunt vt diximꝰ Sera. auct. dyas. ca. ſlis. i. liquiritia. et est arbustum hn̄s ramos longos duobꝰ brachijs. habꝫ folia similia folijs arboris masticis. ⁊ sup folia est humiditas que adheret manui. et flos eius similis herbe flori dicte brachion: est ⁊ purpurei coloris Et semen eius est in magnitudine seminis arboris dicte kalatabas. verū est asperius eo. et habet radices longas in colore suo

simílis ligno quod nominatur in oriente bussum. aut sicut radix genciane. et est in eo stipticitas cum dulcedine et exprimit inde succus. Dyas. cap. ¶ Glicoriza. Et est que nascitur in Capadncia aut in ponto Frutex est hñs virgas longas duoz cubitorum in quibus folia sunt spissa z similia lentisco. sed pinguia z glutinosa: florem pfert iacincto similem. semen habet simile platani z asperum quod semen est latū sed rufum et oblongum. sunt illi radices bussei coloris z longe sicut genciane constricte z dulces q exsiccant vticiū. Plí. capo de liquiricia ¶ Glicoriza herba est que nascitur in campis gustu dulcis z cū dulcedine habundante. de qua succus extrahitur. et medicoz vsui servat. ¶ Cassiª felix cap. ¶ Glicoriza grece ex eo dcā q dulcem radicem habet. ¶ Glien enim grece dulce dr. ¶ Galie. xij. sim. far. cap. de liquiricis ¶ Maius iuuamentum q in liquiritia est. ē in succo eius radicis. et substātia eius est propinqua sbe nostri corpis. z valde simílis est ei. ¶ Vapoz eius radicis est dulcis cū stipticitate pauca. ¶ Virtus eius frigidioz cōplexione hōis. z est tepide caliditatis. et ideo est pe cōplexionē equalem; z est hu. tempate humiditatis.

¶ Operationes.

¶ Alires habet relaxantes cū dulcedine ex humiditate. vñ z sitim sedat. z renū z vesice mitigat dolorez. z puocat vrinā z menstrua ¶ Et omnem tumorem tunsa z imposita placat. succus ipe aspre dinem arteriaz dislenit. et non solum tracheam arteriam sanat. sz etiam scabiosaz vesicam qui succus diu sub lingua retentª glutiri debet quia estuatiōem stomachi tollit. z tumorez stomachi z eparis tollit. ac compescit ¶ Radix vesice z renū vulneratōem curat bibita cum dulcore sitim phibet. vulneribus vtilis est: radices ipe masticate sunt stomatice elixatura radicis omnia ista facere novit. Ipsa radix pulverem rdacta z imposita pterigia detergit. ¶ Gal. ¶ Glicoriza asperitas nata est remouere. non solum in arteria sz in scabiosa vesica ptopter mediocritatē complexionis. ¶ Theodorus pusci anus. Valet contra omnia vicia pectoris decoctio eoz in aqua. z in pleuresi. z peripleumonia. aqua decoctōis eius valz cōtra tussim. ¶ Ad idem valet electuarium factum ex succo liquiritie z melle. Liquiritia masticata z sub lingua retenta sitim z asperitatē stōi. z gutturis mitigat.



¶ Ca. cc lix.

Ligustici: sm dyas. cap. ¶ Ligustici multum nascitur in liguria. pūtia vnde z nomen accepit. nascitur et in monte vicino alpibus. sed cives panacem illum vocant. ideo quia radix eius alba est. z odorata simul panaci. cui virtus vna est cū panacis vtute. ¶ Nascit in locis altis z asperis: z vmbrosis virgam habz longam z nodosam similem aneto. In q virga folia sunt similia melliloto. Bz molliora et odorata que folia in cucumere tenuissima sunt z divisa. In virge summitate caput est vmbracolum. Ubi semē ostē

dit q̄ semen nigrum est. et oblōgum sicut feniculi gustu viscidum ⁊ odoratum aromaticum.

Operationes.

A Gyas. Uirtus est mictualis. Radix eius alba est similis panaci eracleontico ⁊ odorata Uirtus est radici ⁊ semini eius ca. ⁊ stiptica doloribus om̄ibus intraneorum occurrit. Inflāmationem stomachi soluit. B Ictibus venenatis opitulatur. Urinam prouocat: Menstruis imperat si bibatur. Antidotisq; colicis prosunt aut miscetur: C Radix eius tunsa ⁊ supposita idem p̄stat. Radix eius ⁊ semen oxiporijs necesse miscet̄ confectionibus etiam digestibilibus vtiliter adhibetur. quia eustomaca est. vnde multi ciues ip̄ius prouintie eo ꝓ pipere vtuntur. cōdituris miscentes. D Et multi semē siselei ⁊ feniculi addunt illi quidā dicunt q̄ est leuisticum sed falso.



Ca. cc lx.

Limon. Pan: ca. cccc. viij. Limon fructus pulchri odoratus. plenus succo acetoso valde apto salsamētis. Et ip̄e etiā comeditur sale conditus nusq̄ memini me de ip̄o legisse apud autorem autenticū. nisi apud Auicennā in q̄rto canōe de cura febriū acutaꝝ in generali vbi iubz dari aq̄ acetositatis limōis salliti.



Ca. cc lxj.

Linaria. Pandecta. ca. Dix Linaria est herba similis esule vel lino ꝓpter q̄d vocat̄: ⁊ differt ab esula qm̄ esula lactescit. linaria vero nō. vñ versus Esula lactescit sine lacte līaria crescit

Operationes.

A Succus eius valet contra herisipilas inunctus: ⁊ cum succo pimpinelle mixtus: B Et ip̄a sola valet ad cancrū trita et imposita. ad hoc similiter succus eius valet.



Ca. cclxij.

Linum: Ysidorus. Linū ex terre ni
tenti specie oritur. Nomē sumpsit
a greco vel q leue sit ac molle. Hi
ssum aūt est genus quoddam lini nimiū
candidi ac mollissimi q̄d grece papaten
vocant. Palladius: In februario mense
aliqui semen lini leto solo spargunt. Et li
na ꝯsequunt̄ exilia. Idem li. xj. In mense
octobri semen lini seri potest si placuerit:
quod tamen ꝓ sui malicia serendū nō est
quia terre vber exhaurit. Sed si velis lo
co pinguissimo. ⁊ modice humido serere
poteris: Aliqui macro solo spissum seren
tes. si assequunt̄ vt linū subtile nascat̄.

Operationes.

A Serap̄. li. aggre. auct: Gal. Virtus
eius est que subtiliat ⁊ ꝓuocat vrinam. ⁊
menstrua: Et qn̄ bibit̄ aut fit cū ea empla
strum: confert ap̄atibus epatis. ⁊ orifitō
stomachi ⁊ ip̄i stō. Sz radicis eiꝰ stiptici
tas est amplior stipticitate floris. ⁊ calidi
tas eius est mīor̄ caliditate ip̄iꝰ. ⁊ ꝓpter
eius stipticitatē acq̄rit q̄ admiscet̄ cū me
dicinis q̄ administrant̄ ad sputū sangui
nis. B Sera. auct. dyas: Flos eius
est stipticꝰ stipticitate pauca calefactiuus
maturatiuus. ⁊ est ca: q̄i in p̄mo gradu. ⁊
est mediū in hūiditate ⁊ siccitate: Et scd̄a
eius virtus est q̄ est mollificatiuū C
Sera. li. aggre. ca. bararichichene. i. linū
est mollificatiuū sedatiuū doloꝝ. ⁊ cōfert
egritudinibus interioribus. nisi quia est
minus in hoc quā camomilla. ⁊ est mediū
inter laxatiuū ⁊ stipticū. ⁊ admiscet̄ in eo
parum v̄tutis ꝓuocatiue vrine. ⁊ hoc qui
dem apparet in eo manifeste: qn̄ comedit̄
assatum ⁊ tunc est magis conueniens ad
stringendum ventrem. D Et dixit
in li. de cōseruatione sanitatis. q̄ qn̄ semē
lini decoquit̄ in aq̄. Eius decoctio est in
frigidatiua. E Et idem auct. dyas.
Virtus seminis lini est similis v̄tuti semi
nis fenugreci: ⁊ qn̄ admiscetur cum aqua
melle ⁊ oleo. ⁊ conficitur. resoluit aposte
mata calida ⁊ mollificat ea. siue sint inte
rius siue exterius. Et quando fit ex eo em
plastrum cum ficubus ⁊ nitro delet pānū
⁊ pustulas albas faciei. i. papulas s̄m trā
slationem nr̄am F Dyas. Et quādo
conficit̄ cum aqua resoluit apostemata q̄
sunt in radice auris. ⁊ apostemata dura.
Et quando coquitur cum vino eradicat
formicam ⁊ species vlcerum que dicūtur
faui. et quādo miscetur cum melle ⁊ pipe
⁊ vtitur quis eo mouet coitum. ⁊ quando
miscetur cum nasturtio quātitate equali
confert scissuris vnguium. et eoꝝ excoria
tioni. G Et fit cum decoctione eius
cristere ad mordicationem intestinorum
⁊ matricis. ⁊ mollit ventrem quando mu
lieres sedent in decoctione eius. confert
apostematibus matricis sicut fenugrecū
H Paulus capl̄o de lino Linum quan
do comburitur. Fumus eius est subtilis.
Et cōfert corize. ⁊ suffocationi matricis.
I Auicēna. li. ij. ca. de semine lini. Vir
tus est ei ꝓxima virtuti fenugreci in. j. ca:
cōmensuratum in humiditate ⁊ siccitate

Et dicitur quidem ꝙ decoctio lini est de coctio recentis eius. K ¶ In ipa enim est humiditas supflua: ⁊ maturatiuum ⁊ abstergit ⁊ iuflat ꝓpter humiditatem suam supfluam ita ꝙ illud q̄d ex eo frixū est hocagit cum stipticitate q̄ in frixo manifeste ꝯmensurata: ⁊ in non frixo mãifesta ꝑmixta cum lenificatõe Et est sedatiuum dolorum minus q̄ camomilla: ⁊ ex ipo fit emplastrum cum nitro ⁊ bolo: ⁊ lenit pannum. ⁊ confert contractioni vnguium: et scissuris: ⁊ fracturis eorum. L ¶ Et qñ ꝑmiscetur cum equali mensura nasturcij et conficitur cum melle lenit apostemata calida exteriora et interiora: M ¶ Et apostema q̄d est post aures cum aq̄ cineris ⁊ apostemata dura ⁊ ꝓhibet spasmū. Et proprie cõtractionem vnguium. cum ꝑmiscetur cum cera ⁊ melle: N ¶ Et eius suffumigatio confert corize: et similiter fumigatio ipius lini confert tussi flegtice. ⁊ ꝓpe q̄d ex eo assatum.



¶ Ca. cc lxiij.

Lingua auis Pla. Lingua auis est arbor ⁊ hz folia ꝑua ⁊ acuta. lĩgue auis cõformia: ⁊ est in ꝑmo gradu calida ⁊ humida. Sera. li. aggre. ca. lisen hasafir. i. lingua auis: Et est arbor similis arbori dirdar. nisi q: foliū eius est lõgum simile folio amigdali: ⁊ fructus eius q̄ dr̄ lingua canis sunt racemi ⁊ palmites q̄ diuiduntur ĩ cherarnus similes folijs oliuarum. nisi q: sunt minora satis. Et intra q̄libet cherarnus est medulla similis lĩgue auis exterius rubea ⁊ interius alba declinans paululum ed citrinitatem. sapor eiꝰ est acutus: mordicatiuus cū pauca amaritudine. Et qui ponit eius v̄tutem ca. in fine secundi non elongat̄ a veritate. et cõueniens est dicere ꝙ cum caliditate sit humiditas quia non apparet mordicatõ eiꝰ postq̄ bene masticatur. Et sciendū ꝙ est alia lingua auis q̄ est debilitãs stomachū ⁊ ꝓuocans ventrẽ ⁊ est corrigiola maior. Et ista non est illa de qua locutus est serapion: Nam idem Sera. in ca. de augentibus in coitu dicit. ꝙ lingua auis est lĩgua passerum. Item idem dicit in. vij. in cõfectione pillulaꝝ Indaꝝ ꝙ assimilant̄ pelliculi vl' corticuli que est ĩ medio bacce lauri. Auicenna ca: de augentibus in coitu. Inter medullas computat: non est g̃ quã ponit Serap̄. ⁊ Aui. herba. sed est prima species ꝑ Serapionẽ descripta. vñ quando ponit̄ simpliciter ꝑma debet intelligi

¶ Operationes.

A ¶ Sera. aucto. aben mesuay Cõuenit dolori lateris Et ꝓuocat vrinã. Auget ĩ spermate. Et corroborat libidinem: B ¶ Et idem auc. Damasceni: ⁊ ꝯuenit cardiace. C ¶ Et idem auct: Bediguras. Auget sperma. D ¶ Et idẽ auct: Rasis. Prohibet cardiacã. ⁊ auget sꝑma E ¶ Et idẽ auct: Ysaac. Est ca. ⁊ hu. in. j: gradu: et delectabilis ⁊ de ꝓpetate eiꝰ est ꝯfortare libidinẽ F ¶ Et augz sꝑma. ⁊ hz v̄tutem hũectandi ꝯmesta cū carnibꝰ. vl' alijs valz similiter ꝯtra siccitatẽ pectoris.



Ca.cclxiiij.

Lisimachion: ſm dyaſ. ꝓprio capi. Haſtas hꝫ maiores ⁊ fructicoſas. circa quarum nodos folia minuta hꝫ ſalici ſimilia: florem purpureũ aut auroſum: naſcitur locis humectis

Operationes.

A Dyaſ. Succus herbe huiꝰ ſtipticus eſt. Sãguinẽ reijcientibꝰ maxĩe ꝓdeſt Diſſintericis ꝑotui datꝰ et ſuꝑpoſitus ſubuenit. B Fluxũ matricis mulieris abſtinet ſuꝑpoſitus. Naribꝰ ꝓfluentẽ ſãguinem frõti illinitꝰ ſtatĩ ſtringit. Vulneribꝰ recentibus ꝑacoleſim facit. C Herba fumigatõe adhibita vim veneni lõgius arcet. ⁊ ſorices occidit D Galie. vij. ſim. far. ca. liſimachiõ ꝑdñantẽ hꝫ ſtipticã q̃litatem: ꝓpter q̃ ⁊ plagaſ ꝯſolidat ⁊ emorroſagias ex naribꝰ ſiſtit emplaſtratũ. E Et aliaꝝ etiã emorroſagiaꝝ idoneũ ẽ farmacũ ip̃m. ⁊ etiã ſuccꝰ eiꝰ adhuc magis et bibitꝰ diſſinterias et ſanguinis eductões ⁊ fluxũ muliebrẽ ſiſtit.



Ca.cclxv.

Licium. Sera. ca. hadath. i. licium Habꝫ tres ſpẽs vna eaꝝ eſt indica Et alia fit ex herba q̃ dr̃ zeriach ſiue ſerxah. Tercia eſt arabica q̃ nominãt hadath: i. liciũ: Et idem auct. dias. Liciũ accipit̃ ex arbore ſpinoſa que hꝫ ramos longitudini duoꝝ brachioꝝ aut amplius Et folia ſunt ſimilia folijs arboris buſſirara. ⁊ habet fructũ ſimilẽ piperi. et eſt niger amari ſaporis leniſ tactu. ⁊ cortex ligni eſt glaucus ſimilis licio diſſoluto: ⁊ hꝫ radices multas ꝓcedentes a latere ligni eius: Naſcit̃ locis agreſtibus. ⁊ extrahit̃ ſuccus eius in hunc modũ: Terunt̃ folia ſicut ſunt cum tota arbore. aut ponuntur in aqua et dimittunt̃ pluribus diebus et coquunt̃ et exprimunt̃. Et ſuccus ponit̃ ad coquandum ſuꝑ ignem donec ingroſſetur ſicut mel ⁊ fit ſimilis ex ſucco: fructꝰ eius quando exprimitur ⁊ ponitur in ſole Et meliꝰ ex eo ẽ illõ q̃ accendit̃ igni: ⁊ qñ extĩguit̃ facit ſpumã. cꝰ color ẽ ſanguinis.

Et exterius est nigrum. z interius est sicut crocus. z non est pinguc. et est in eo stipticitas cum amaritudine. et exillo melius est Indum z fortioris operationis. Adulteratur autem licium cum amurca olei. cū ad miscetur in coctura eius z cū succo absinthei z felle bouino. Et oportet vt colligatur ex eo q natat simile spongie. z reponitur ad opus medicinale oculi. et fit dyapondium ponitur in alijs medicinis. Et dī q indicum facit arbor q dicitur litios Et hec arbor est de speciebus spine hūs ramos erectos longitudine trium brachiorū aut amplius procedentes ex radice. z sunt grossiores ramis rubi. Et euellit eis cortex faciei z color eius apparet sicut color sanguis Et folia eius sunt similia folijs olive. et ex illa arbore accipit licium. scz ab illa q est spinosa. Et est apud nos medicina quasi bo. z liquida. Et substantia eius est cōposita ex virtute subtili. ca. z terrea frigida z in sapore eius est stiptitas nisi quia ē pauca. Alia secūda species est que fit ex arbore licecos sive ex acantum appelata folia quercus similia atq spinosa generās.

Operationes.

Al Sal. fm trāslationem grecam. hoc farmaco ad ipopiam vtunt. z ad flegmones qui in ano z ore. z vlcerationes. z herpetas. z putredines. male morigerata vlcera z aures pus fluentes z paranichia. z ungues leprosos. Et idem fm translationem arabicam. Virtus eius est que removet q in pupilla ex eo q obscurat visum. z convenit fluxui ventris. Et hūtibus vlcera in intestinis. z habentibus fluxum menstruorum. Et ponitur in medicinis panni que fit in facie Et in medicinis vlcerum z apostematum que sunt in ore z in ano. et formice. Et convenit vlceribus fraudulentis et putredinibus vlcerum. z putredini aurium. et renasmoni z panaritio. z fortificat capillos. Et Serapion auctoritate Dyascoridis. Virtus licij est stiptica z abstergit z curat obscuritatem visus. et scabiem. et pruritum oculorum. z abscindit cursum humiditatum ad oculum venientium cursu ātiquo z convenit apostematibus gutturis. Et Et quando linitur cum eo palatum convenit apostematibus gutturis. z quādo linitur cum eo convenit gingivis. z vlceribus putridis et ragadijs ani et renasmoni. Et quando bibitur et fit cū eo cristere. sanat fluxum ventris antiquū z vlcera intestinorum. z bibitur de ipo cū aqua vsq ad sanguinis fluxū. et sputum sanguinis cum tussi. z datur in potu morsui canis rabiosi. Et Quando fiunt ex eo pillule z dantur z rubrificant capillos. z curat panaricium z formicam. et vlra fraudulenta. Et quando fit cum eo nascale convenit fluxui antiquo humiditatum a matrice. Et dicit. Quādo coquitur cum ramis eius in aceto convenit apostematibus splenis. z ycterricie. et provocat menstrua. Et quando bibitur ex fructu eius laxat flegma. z convenit cōtra medicinas venenosas. Et idē Gera. auctoritate Rasis felicacharach. Virtus est composita ex cōtrarijs. Nam habet virtutem extenuatoriam digestoriam. ca. z fri. et modice stipticam habens vim. z ideo dyaforesim facit projiciens z porrigans Et facit autem ad ipopiam herpetas et ad epatis vlcera. et ad parotidas. z putrida vlcera. et convenit vlceribus oris z ani.



Ca.cclxvj.

Lonchitis. ſm dyaſ. Lonchitis eſt ſpecies gladioli folia hñs porri ſimilia. ſz latiora et rufa: multas habens ſup̄ radices virgas ſpanſas ſup̄ terram ⁊ ramos ſup̄ terram decliues. in quibus ſunt flores ſimiles pelicino. ſz forma eoꝝ vt gele eſt. ⁊ albũ habz in medio. ſicut roſtrum ⁊ labrũ inſanũ. ⁊ ſicut lingua ⁊ ſemen eius lancee ſimile ⁊ trigonũ ⁊ longũ vñ ⁊ lonchitis appellatũ eſt. Radix eſt ei ſimilis dauco. naſcit̄ locis aſperis. Pli. ca. Lonchitis. folia habz rubicunda. ſemen nigrum ſimile camedoꝝ equoꝝ ora patẽt ⁊ oblongũ in ſimilitudinẽ lanceaꝝ radicẽ vt daucus. Item dyaſ. Eſt ⁊ ſcdm genus lonchitis folia hñs ſicut ſcolopendria et aſperiora.

Operationes.

A Pli. Vulneribus impoſita folia eiꝰ. tumorem non admittunt: Bibita cũ aceto ſplenem ſiccant. Radix eius cũ vino bibita vrinã ꝓuocat B Gal. vij. ſim. far: ca. Lonchitis: Eius q̄dem ſemẽ triangulum ſicut lancee ſm figurã. Radix quidem ſimilis eſt aliq̄liter paſtinace. et propterea vrinatiuũ eſt farmacũ. C Eiꝰ vero q̄ ſimilis eſt ſcolopendrie folia viridia. q̄dem ad cõſoliditatem vulneꝝ ſunt ydonea. ſicca v̄o ꝑoximel bibita ſplenes ſiliridos ſanat.



Ca.cclxvij.

Lupinus. Sera. li. aggre. ca: Tarmus aucto. dyaſ. Tarmus. i. Lupinus Sunt ex lupinis quidã vt dicuntur regales: et ſunt ſilueſtres quorum folia ſunt albidiora domeſticis Et q̄dam ſunt domeſtici: ⁊ domeſtici comeduntur poſt eorum elixationem. et infundunt̄ in aqua pluribꝰ diebus donec recedat amaritudo. ⁊ generãt humores groſſos: Galienus. vj. ſim. far. cap̄. de lupino ſm tranſlationem grecam: Tarmus. i. lupinus comeditur quidem decoctus. et multis diebus deponens amaritudinem in aqua.

sitq; cibus grossoꝝ humoꝝ vt farmacum vero hic talis ex emplasticis est qui non habet amaritudinem. ⁊ est abstersiuus ⁊ dyaforeticus.

Operationes.

A Gal. Supplasmatus necat lumbricos: Vel si qs ip̄m bibat. cū melle vel oxizuccaro siue etiā ip̄i⁹ decoctio nata est lūbricos educere. ymo ⁊ superfusa deforis conuenit morfeis ⁊ scabiei. ⁊ cancrenis. ⁊ malignis vlceribus. Hoc quidem abstergendo: illa vero consumendo. ⁊ sine mordicatione desiccando exputgat. ⁊ aperit opilationes epatis ⁊ splenis si bibat̄ cum ruta ⁊ pipere. attrahit tam menstrua q̄m embriones cum mirra ⁊ melle appositus

B Est autem ⁊ ip̄ius farina inmordaciter dyaforetica: non em̄ liuida solum sz scrofulas ⁊ simata dura sanat: tunc enim oportet eos in aceto coquere vel oximelle vel oxizuccara iuxta cōplexiones. videlicet pacientium nec non passionis differētiam cogitantes illud q̄d oportet non est autem p̄ntis negotij distinguere talia. diaforat em̄ ⁊ liuida: ⁊ cetera om̄ia que p̄us dicta sunt:

C Decoctio etiam ip̄a farina nata est facere. Aarmos agrios vel lupinus agrestis siue siluestris. amarior ⁊ validior in om̄ibus domestico est: ei similis ex̄ns s̄m genus:

D Et idem s̄m translationem arabicam

E Virtus eius prima est que desiccat sine mordicatione. Et secūda abstergit ⁊ resoluit ⁊ madificat ⁊ aperit: ⁊ tercia occidit lūbricos quando fit ex eis emplastrum exterius. et quando comedunt̄ melle. aut bibunt̄ cū vino admixta aqua et farina lupinoꝝ resoluunt sine mordicatione.

F Et curant liuores. ⁊ apostemata ⁊ scrofulas q̄n coquuntur cum aceto ⁊ melle Et quando fit emplastrum cum eis sciatice confert.

G Et confert empetigini. ⁊ vlceribus capitis ⁊ scabiei ⁊ bothor. ⁊ vlcerib⁹ fraudulentis.

H Et quando bibitur cū ruta et pipere aperit opilationes epatis ⁊ splenis. ⁊ prouocat menstrua. ⁊ nascale ex eis cum melle ⁊ mirra expellit fetum Et farina eorum facit hoc. lupinus siluestris vel regalis valet ad ea que dicta sunt:



Ca. cclxviij.

Lupulus. Johānes mesue cap̄. de volubili ait. q̄ Lupulus sit species volubilis Notandum ergo q̄ plures sunt species volubilis Vna est que dicitur funis arborum cuius flos est albus. ⁊ est sicut tuba ⁊ habet lac. et vocatur volubilis magna: Et est alia cuius rami repunt super terram. ⁊ sup̄ ramos plantarū que folia, ⁊ flores habet minores: et dicit̄ volubilis parua. Et est alia species eius habens folia subalbida ⁊ lanuginosa: et habet lac. Et est species alia aspera h̄ns folia sicut sunt folia citrulli. cuius flos est sicut ampulle adherentes. et vocat̄ lupulus De q̄ in isto capittulo habet̄ mentio.

Et est quarta species eius cuius radix est sicut fesciresim ⁊ magis grossa ymo ē grossitudo eius in modū cucurbite maioris ⁊ eius stipites eleuant̄ sup̄ radicē suā circiter cubit⁹ duos et folia ei⁹ sunt stricta parua ī mediū sagitte alate. q̄ ex leui cā fluūt ⁊ hz lac ⁊ vocat̄ dn̄s lacticinioꝝ: Et ex ea fit scamonea. vt hētur in ca. scamonea de s. Etiā in ca. volubilis de v. inuenies de v̄tute eaꝝ. Lupul⁹ v̄o est equalis ad frigiditatem declinās. Et dr̄ q̄ est in prīcipio primi. ⁊ est verius

Operationes.

A Jo. me. Lupulus sedatiuus est dolorum calidoꝝ extinctiu⁹ inflāmationū. ⁊ lenitiu⁹: B Rectificatō mag̃: Aperit orificia venaꝝ ꝓpter quod miscendum est ei aliquid ex draganto ⁊ mastice. ⁊ rectius q̄ vigorat opationē eius: C Est aq̄ casei cum spica ⁊ mastice. Ex alijs v̄o volubilib⁹ tractet̄ de ca. volubili īferi⁹ de v.



Ca. cc lxix.

orē. Semē ei⁹ etiā bibitū cū vīo et aq̄. et
ſtos ei⁹ ꝓfert vlcerato⁊ ītestīoꝝ. et flu
xi antiquo. Et puncture scorpionis.



Ca. vj.

Acorus Plī. in li. etby. li. xvij. Acor⁹
est herba foliis ſil'ibus yridis. radi
cibus odoris acerimi. ſz iocūdi. ꝓ
ter qō arōtica ē. Dyaſ. Acor⁹. i. venerea l'
affrodiſia. ⁊ est herba hūs folia yri ſil'ia.
lata ⁊ oblōga. exalbida. in ſummū dēſa ⁊
acuta q̄ gladi⁹. auroſū hz florē. radicē di
ſſilem. obtortā geniculatā ⁊ nodoſā. exte
rius ad rubedinē declinantē. guſtū acrez
⁊ aliq̄tenus odoratā. ſemē vo hz planū et
ſpiſſum ⁊ integ̃ ⁊ ipm odoris ſuauis. ꝓt
qō ⁊ meu. ſz in oībus efficatior ē ⁊ magis
calefacit. Plui. in. ij. canō. Acor⁹ ē radix
plātelup q̄ ſunt nodi ad albedinē decli
nantes. in q̄ ē odor horribilis. parūq̄z bo
ni odoris. ⁊ ē calid⁹ ⁊ acut⁹. Dixit āt Ga.
q̄ in medicīa nō adminiſtrat̄ niſi radix ei⁹.
Eiuſq̄ vtus ē ꝓpinq̄ vtuti ariſtologie et
yreos. melior ē acor⁹ ille q̄ est ſpiſſior. ma
giſq̄ ſolid⁹ ⁊ vultior. ac melioris odoris.
Natura calidus ē ac ſicc⁹ in ꝓncipio ſcōi
gd̄uſ. ⁊ vſq̄ ad mediū. ꝑan. Acor⁹ ca. est
⁊ ſic. in. ij. gd̄u. q̄ ſil'r gladiol⁹ vocat̄ q̄ nō
tm̄ in aq̄ſis locis ſed etiā ſiccis ⁊ marinis
creſcit. Est alia ſpēs gladioli q̄ iuenies.
ſi leges caplm gladiolus de. G.

Operationes

A Cōtra vitiū ſpleniſ ⁊ epatis accipiat̄
libra vna acori ali q̄ntulū triti. ⁊ macerēt̄
ꝓtres dies ī aceto. poſtea coq̄t̄ ad mediū
aceti. ⁊ colēt̄ ⁊ colature addat̄ mel. ⁊ itez
ad ꝙſumptōez aceti coq̄t̄. Iſtō āt oximel
det̄ cottidie ī mane patiēti cū ō coctōe aco
ri. B Ad idē. Re. lb. f. ſucci apij ⁊ pul
ueris ei⁹. ℥. f. ⁊ aceti lb. f. olei ꝓis. ʒ j. ſera
pini. ʒ. ij. pulueris armō iaci. ʒ. ij. ſil' ꝓmit
te ꝓnoctē. ⁊ mane coq̄ vſq̄ ad mediū. dein
de a ꝓcō e pulueriē ipi⁹ acori et ex tli vnguē
to ſplenē ⁊ ep malaxādo māib⁹ iunge Et
ſi vis facē cerotū. adde decoctōi cerā. et
ex tali ceroto vnge. Vinū etiā decoctōis
ei⁹ vz ad idē ſz nō det̄ febricitāti C Cō
tra hicteritiā coquat̄ radix acori in aq̄ et
colet̄. ⁊ ī colata coq̄tur cicera rubea ⁊ de
tur ius patiēti. ſūmū remediū ē. ſi fuerit ſi
ne fe. Balneū ei⁹ ad idē valz B Dī q̄ ſi

qs hz acoꝝ sup se nũq̃ p̃t icurrere fluxũ sã guinis l' spasinũ E Ga. Acor⁹ ꝓuocat vrinas. ⁊ splenib⁹ scliratis ꝯfert. ⁊ abster git ⁊ subtiliat ḡssiciẽ. cortice melior ẽ suc cus ei⁹ F Sias. Succ⁹ radicis ei⁹ clari tatẽ oclor̃ p̃stat mirifice q̃ radix ca. ⁊ sic. ẽ v̄tutis nimiũ ⁊ leptomeris sclirosim iu uans splenis. ⁊ mouẽs vrinã potato suc co G Aq̃ v̄o ĩ q̃ decocta fuerit diureti ca ẽ. vtil' etiã ẽ ⁊ pleureticis. ⁊ toracis pa ssionib⁹ ⁊ epatis ⁊ termĩosis ⁊ corruptel' spleneticis vtilior ẽ. ⁊ strãguiriosis. q̃ vri nã faciũt cũ dolore. Et ad morsũ serpẽtis efficax ẽ H Ad mulier̃ mẽstrua ꝑ fomẽ tũ vtil' ẽ. miscet' etiã ãtidotis ⁊ tiriacis I Ad duriciẽ vrĩe ex radice ei⁹ cũ aq̃ de cocta ad tertiã dabis bibere ꝑ triduũ. et vrinã mirifice ꝺducit ⁊ strãguiriã sanat. K Ne apes examinẽt ⁊ fugiãt. herbã ip saz ĩ vase apũ suspẽde. ⁊ a vẽto nũq̃ seducent'. hec herba raro ĩuenit'. nec eã scire q̃s poterit. nisi cũ flosculũ emiserit. Nascit' locis cultis. ⁊ ortis ⁊ aratis. lege eã mẽse augusti. Nã vix inuenit' sine flore. quia ꝑ florem agnoscitur



Ca. vij.

Affodillus. Ysidorus ĩ libro ethy mologiarũ. xvij. inquit Affodil lus herba est quam latini a calo re albutium vocãt. Siascorides Affodillus herba omnibus nota. quam multi albutiũ dicunt. habens folia sicut porrus. virgam senem. super qnam habz semen nigrum. radices oblongas. ⁊ rotũ das balano similes. Cui radici v̄tus est calida ⁊ viscida

Operationes.

A Urinam prouocat. mẽstruis im perat. dolorem lateris tollit ex conquassi onibus. B Tussientes medicat' bi bita vsq; ad. ℥. j. cum tepida. letaz diem ducit. morsibus venenatis occurrit. folia ⁊ radix eius cathaplasmatibus adhibita Flores eius similiter cum vino pascẽtia vulnera sordida saluberrime curant. C Tumorem testium ⁊ mãmarum im posita spargit. Pustulas et ordiolos ad hibita stringit. maxime si cum fece vini cocta ⁊ imposita fuerit. addito vĩo ⁊ dul core ⁊ mirra ⁊ croco ⁊ cocta simul. D Oculis maxime prestat effectum. Dolo res auriũ ⁊ sanies vino addito et libano ti ⁊ melle admixta detergit. auribus tepi dus infusus succus eius. si dextre partis dens doluerit. sinistre auri infusus mede tur E Cinis radicis eius alopitias emendat. Radix excauata ⁊ cum oleo ca lefacta ꝑmonibus ⁊ doloribus auriũ sin gulare presidium est. F Radix eius maculas albas in sole factas emendat. G Radix eius bibita cũ aqua ventrẽ mollit. Semen eius ⁊ flos serpẽtibus cõ trarium est. si cum vino bibitum fuerit.

Agrimonia folia habz eq̃liter diuisa ea apij mō. caput in cauliculo papaueris silue stris radicē hz cui⁹ succus ē crocei coloris acris z acutus Nascit̃ areis apō nos

Operationes.

A Pan. ca. de agrimōia Agrimōia ca. dt z sic. Et est diuretica valde. q̃ viridis trita z potata antraces. i. pustulas malas sanat. H Et ad serpentū morsum z canis z hōis rabidi z contra venena valet facit z ad vētris dolorē sic potata. I Item vulnera cāceromata. viridis trita z impposita sanat. B Item serpentū morsum. E. ij. cū vini ciatis duob⁹ data discutit mirifice venenū E Ad pcussū fero ci aceto impposita facit. Verrucas tollit sicsit. F Ad splenis dolorē in cibo sumpta consumit. G Radix eius in vino cocta z potata paliticis pdest. Galieni. dinamidia. ca. de cancro dicit ipsam valere ꝓtra cancrū pos sumpta.



Ca. r.

Agrifoliū Se. li. aggre. ca. sadar. i. agrifoliū Agrifo. ē arbor cui⁹ frēs vocant nabach. cui⁹ due sunt spēs. Una ē asri z alia ē dabal. hz asri nō hz spinas. hz acuta folia. z folia alteri⁹ spēi. s. dabal sunt lata z rotūda. z ei⁹ arbor hz spinas Et nabach ex asri sūt pui. z meliores ex eis sunt illi. q̃ sunt ex illa regione. z sunt dulciores oīb⁹ alijs z mediocris odoris. z aromatizant os comedentis sicut alia aromatica. Et nabach ex dabal sunt maiores. Et idem auc. Isaac eben aragi. Nabach est sicut sorba in frigiditate. z pl⁹ ea in siccitate. Ga. vij. sim. far. ca. lotos. i. agrifoliū Est arbor stiptica q̃dē nō multū ꝓcipat q̃litate Et est subtiliū ptiū. z siccatiuus

Operationes.

A Sera. auc. dias. Nō coquit̃ agrifoliū cū aq̃ aut cū vino fm necessitatē. ꝓsert fluxui matricis. z fluxui vētris. qñ fit cristere cū ea Et stringit radices capillor. et phibet casū eor. Decoctio seruature ligni ei⁹ qñ bibit̃ z fit cristere cū eo ꝓfert vlceri⁹ z cursui hūiditatū matricis anti q̃. z rubificat capillos. z ꝓstringit radices eor ne cadāt H Et iō auc. habenguefit Agrifoliū l nabach dulcis laxat colerā q̃ est in stomacho z intestinis. z repmit caliditatē I Et iō auc. albasari Nabach stringit vētrē z repmit colerā. z ēguis digestioni z qñ nō bñ ē matur⁹ ē stiptic⁹. z trinet vētrē fortiter. z matur⁹ dulcis ē min⁹ stiptic⁹ oīb⁹ alijs. z citi⁹ dñdit ab ore stomachi ꝓpter dulcedinē q̃ ē in eo. stringit z repmit colerā. z vsus ei⁹ nimi⁹ iducit fastidium. K Et iō auc. Isaac ebenarā. Qñ nabach i. agrifoliū comedit̃ añ cibū ē melior z ꝓvocat appetitū Et hmōi res q̃ sunt nimis sicce qñ ueniūt hūiditatē i stō acho aut i intestīs. pmūt eas. z inducūt fluxū vētris z so. ei⁹ cū terūt̃ z ponūt̃ sup apostemata ca. mollificāt z resolvūt ea L Ga. seruature ligꝝ ei⁹ ad fluxū mliebrē ꝓpetūt z ad yliacas dispōes. Coqit̃ ār z qñz q̃dē i aq̃ qñz ār i vio sicut necessitas iubz. z nō imittit̃ solū sz bibit̃. Amero ꝓ eo q⁹ defluētes capillos ōrinz nō modicū signū ē. qñ stiptice q̃dē cū eo q⁹ siccat moderate ē vtilis Bcñ ē. n. in fmō e q̃ó laudāto. tal̃ ēe opoꝛtet vtilis. qō dz detinē capillos ō fluētes



Ca. xi.

Agnus castus. Plate. in li. de simplici medicina in ca. de agno casto. Est frutex in q̃rto calidus ⁊ siccus Omni tp̃e repit̃ viridis ⁊ magis in locis aquosis min⁹ ãt in siccis Usui medicine ꝯpetũt folia. nõ radix. flores etiã magis. flos eius zuccariũ nõiat̃ Virgulta v̄o a q̃busdã salices marini dicunt̃ Eius nãq; flores q̃ dñt in receptõe poni vere colligunt̃. ac ꝑ annũ in efficacia multa seruant̃. Dr̃ em̃ q; libidinẽ rep̃mẽdo castũ reddit vt agnus Ca. ⁊ sic. in scdo g̃du. Aui. li. scdo ca. de agno casto. Ca. in p̃mo g̃du sic. in scdo Et est r̃solutiuus subtiliatiu⁹ disgregatiu⁹ ventositatum. ⁊ in ip̃o est aptio cũ stipticitate. Et est remotiu⁹ doloris. Sera. li. aggre. ca. amarikest. i. agn⁹ castus ⁊ est arbor abrahe. semen eius d̃r semẽ agni casti. ⁊ nõiat̃ piperella. ⁊ est pip̃ eunuchoꝝ. Et sunt ei due spẽs ⁊ d̃r kistos eo q̃ religiosi sternũt hãc plantã sub lectis ad refrenandũ libidinem ⁊ nõiat̃ login propter duriciẽ virgarum eius Et est plãta in magnitudine arboꝝ Nascit̃ ꝓpe aq̃s ⁊ locis aquestrib⁹ habet v̄gas duras ad frangendũ ⁊ folia eius sunt similia folijs oliuaꝝ uisi q; sunt lõgiora maiora ⁊ molliora Et quedã species h⁹ plante h3 florẽ purpureũ ⁊ q̃dam h3 florẽ albũ ⁊ h3 semẽ sil'e piperi. Et idẽ auc. gal. qd̃ admĩstrat̃ ex illa arbore est semen folia ⁊ flores. Et semĩs q̃dem ⁊ floꝝ sb̃a est subtilis valde Et est ca. ⁊ sic. ĩ. iij. g̃du. Gali. vi. sim. farma. ca. de agno casto. Id qd̃ admĩstrat̃ ex illa arbore in medicina sunt semẽ ⁊ flos Et semĩs quidem eius ⁊ floris sb̃a est subtilissima ⁊ ĩ sapore ei⁹ est acuitas siue acredo ⁊ stipticitas Et virt⁹ ei⁹ est ca. ⁊ sic in. iij. g̃du

Operationes.

A Lectus ex eo fact⁹ rep̃mit libidinẽ Fomentent̃ ⁊ genitalia ex aq̃ decoctiõis ip̃ius ⁊ succ⁹ etiã potet̃ B Cõtra gomorream flores eius vl' folia decoquant̃ in aceto ⁊ addito castorio cathaplasmentur genitalia. Valet em̃ agn⁹ castus mirabiliter ad libidinis extinctionẽ inaniẽdo sp̃s ⁊ ꝯsumendo sperma. hoc sil'r facit ruta. maiorana ciminũ calamentũ ⁊ anetũ sed in hoc potentior est agn⁹ cast⁹. sũt em̃ ca. apperatiua ⁊ extenuatiua Sunt etiam alia que extinguũt libidinẽ inspissando sp̃ma ⁊ ꝯgelando vt psilliũ semẽ lactuce citrulli. melõis. cucumeris. portulace. scariolaꝝ. acetũ. agresta sumach. camphora ⁊ sil'ia C In succo agni casti seminũ feniculi. ʒ. iij. ⁊ esule. ʒ. ij. coquant̃ ⁊ mane colatura det̃ leuco flegmatico. vinũ etiã decoctionis agni casti multũ ꝯfert. D Agnus cast⁹ dimittat̃ in amurca olei vt putrefiat ⁊ addito vĩo forti fiat decoctõ colet̃ ⁊ addita cera ⁊ oleo fiat vngentum cui⁹ inunctio splenis duriciem exsiccat ⁊ eius ꝯsumit sup̃fluitatẽ. ⁊ ip̃i⁹ orificiũ angustat. ad mẽstrua ꝓuocãda fiat fomentum ex aq̃ decoctõnis ip̃ius ⁊ centꝝ galli E Cõtra litargiã fiat decoctõ cũ agno casto. apio ⁊ saluia ĩ aq̃ salsa ⁊ fortiter fricetur ex ea posterior ꝑs capitis F Sera. auc. gal'. Agnus castus abscindit

libidinem coitus. ⁊ maxime qñ comedit̃ semen eius G Et ꝓuocat menstrua ⁊ resoluit apostemata dura q̃ fiũt in menbris corpis H Dyas. Agnus castus ꝓhibet̃ mederi serpentũ morsum. Item semẽ eius bibitũ ydropicis ⁊ spleneticis medicat̃ I Lac mlieris ꝓuocat. mẽstruis ĩnpat bibitũ ʒ. j. cũ vino veteri. extinguit venerẽ. dolorẽ capitis ꝯmouʒ. adhibens somnũ K Gal. Agnus castꝰ absindit libidinẽ coitus. ⁊ maxime qñ comedit̃ semẽ eius. Et agnꝰ castus a mulieribus atheniensibus in lecto sternit̃. ⁊ reprimit libidinẽ L Aui. Qñ ex stipitibus eius sternit̃ sub dorso. ꝓhibet pollutionẽ ⁊ v̄ge erectionẽ M Et suffumigant̃ mulieres cũ vehemẽs desideriũ adest coitus. ⁊ remouet illud N Sera. auc. dias. Semẽ ip̃ius qñ sumit̃ in potu. ꝯfert morsibus venenosis. ⁊ ꝯfert ad idropisim qñ ex ex eo sumunt̃. ʒ. ij. cũ vino. ⁊ ꝓuocat vrinã ⁊ menstrua. ⁊ debilitat virtutem spermatis. et inducit sodam.



Ca. xij.

Alga marina est herba maris. hñs folia longa veluti corrigie. et nr̃o ydeomate vocat̃ alga. que a mari eiecta in littoribus inuenit̃. Pli. ca. de alga. Alga nascit̃ in aquis stãtibus. ita deniq; nomẽ sumpsit ab algore aque. vel ꝙ alliget pedes. q̃ crassa est folijs. aq̃ ex ꝑte supantibus. Dyas. Alosachne uicidẽs q̃dem est veluti spuma maris. q̃ petris insidet. ⁊ remanet qd̃ nos algã vocamus.

Operationes

A Dyas. Virtus eius ẽ simil' sali. inijcit̃ ⁊ ꝑcristere ĩ ꝑalisi seu ex putredĩe vitiatis ĩtestinis. alienitatẽ circũscribit. v̄tutẽ hʒ silẽʒ sali. ⁊ intro stipticã simicticã ⁊ leptĩticã. G Dissintericis ⁊ sciaticis ãtiq̃s ꝯfert cristere eiꝰ. Fomẽto sil'r vtilis est.



Ca. xiij.

Alcanna la. gre. ciprus Alcanna est arbustum. vñ fit oleũ ciprinũ. ⁊ est illud qd̃ de alcãna vt apparet ꝑ cõcordiã;

Serap. li. aggre. capi. henne. i. alkanna: flos alkanne est similis floribus nitri. nisi qr est in in racemis: ⁊ flos eius est albus declinās ad glaucedinē acuti odoris Et idem au. dyas. Est arbustū hñs folia sup̄ ramos suos similia folijs oliue. nisi quia sunt latiora ⁊ molliora ⁊ viridiora. habz florem albū similē vsnee. boni odoris. semen nigrū simile actis. ⁊ qd de ip̄a administratur sunt folia ⁊ sūmitates eius: Pla: Alkanna est herba in trāsmarinis partibus. ⁊ etiam in Sicilia copiose inuenit: Est autē fri. in p̄mo. sicca in p̄ncipio scdi Et quia non vbiqz reperiri potest qui eā habēt puluerisant: ⁊ sic p̄ r̄giones deportant. puluisqz subnigri coloris est. p̄ ānos tres seruat̄. Et habet v̄tutem ꝯsolidandi ⁊ extergendi ac mundificandi. Gal. vij: sim. far. ca. de Cipro. scdm translationez arab. Ciprus. i. alkāna. huius arboris folia ⁊ extremitates ad vtilitatē p̄uenerunt substantia eius est cōposita ex acuta ca. cum tp̄amento ⁊ substantia terrea frigi. ⁊ sicca. Et sapor eius est stipticus. Et virtus eius desiccat sine mordicatōe. Unde virtus eius repcutit ⁊ dissoluit.

Operationes.

A Sera. auc. dyas. Uirtus foliorz eius stiptica est. Et ideo qñ masticant̄ curant alcolā B Et infundit̄ decoctō eius sup̄ combustionē ignis C Et quādo teritur ⁊ infunditur in aqua astaratios. ⁊ liniuntur. inde capilli fiunt rubei: D Et vngenta que fiunt ex ea molliunt nerues. ⁊ facit in vulneribus illō qd facit sanguis draconis E Gal. ꝓhibet dilatationem pupille ⁊ combustionem ignis ⁊ quādo coquit̄ in aqua. ⁊ ꝓijcitur aqua illa sup̄ locum combustionis. F Et ipsa administratur in medicinis herisipile G Et conuenit vlceribus s. alcole que fiunt in ore puerorum.



Ca. xiiij.

Allium dictuz est eo q̄ oleat. Ambrosius in exameron. li. v. Alliū tantam vim odoris hz vt leopardus eū sustinere non valens. fugiat. Uñ si quis alliū alicubi ꝯficauerit. leopdus inde resilit. nec resistit. Pli. de historia naturali li. xix. Allium ac multa ruris precipue medicamenta ꝓdesse creditur. Ypocrates in q̄dam epl̄a. Alliū calide est v̄tutis: Est autem apperitiuū ⁊ abstersiuū. cōsolidat vlcera fraudulēta. Raby moyses ca. de allio ⁊ ca. de scorleon. i. alliū agreste est calidū ⁊ siccū ꝓueniēs vsqz ad q̄rtum. Palladius li. ij. mense Janua. Allium ⁊ vlpicum bene seri potest. sz allio alba terra ꝓficiet. Idem in li. xij. Mense q̄z nouembri allium ⁊ vlpicum seritur bene terra maxīe alba fossa ⁊ ubacta sine stercore Sulcos in arcis oportet fieri. ⁊ in locis altioribus semina poni. quatuor digitis sep̄ata nec altius. fossa eq̄liter sarculanda sunt. ⁊ iñ pl̄escent. Auicen. in. ij. ca

stipticam et mollificatiuum apostematũ calidoꝝ ⁊ maxime apostematũ oculoꝝ ⁊ ani ⁊ testiculoꝝ ℞ Et qñ coquitur cum rob. ⁊ fit cum eo emplastꝝ. ⁊ forsitan miscetur cum vitello oui. aut farina feni greci. aut seminis lini. aut pulueris molẽ dini. aut cum papauere solum cum aqua confert vlceribus q̃ nominantur faul. Et qñ miscetur cum bolis q̃ asportantur de terra que dicit̃ hotam. aut miscent̃ cum eo gal. ⁊ dissoluunt̃ cũ vino et liniunt̃ cum eo vlcera humida que fiũt in capite curat ea. Et ponitur coctum ⁊ crudum in vio ⁊ cum aliquo illoꝝ que diximus suppstoma chum. ⁊ sedat dolorem eius. Et qñ exprimitur ab eo succus coctus ⁊ miscet̃ cum rob ⁊ stillatur in aurem sedat dolorem ei⁹. Et quãdoq; fundit̃ sup caput cũ aceto ⁊ oleo rosaꝝ. ⁊ sedat dolorem capitis. ℞ Plu. Apellionum confert apostematibus calidis ⁊ duris et proprie cum careno. et etiam pmixtum cum vitello oui et farina feni greci semine lini. aut papaueris secũdum locum. Et confert vlceribus humidis. ⁊ proprie linitum cum aq̃. ⁊ cũ aliquo desiccatiuoꝝ appositio cum eo q̃d sicut galle ⁊ lunum lene ⁊ lentes. ℞ Et confert apostematibus aurium. ⁊ doloribus anchaꝝ sup̃posito emplastro ex eo cũ careno. ⁊ reliquis q̃ dicta sunt. ⁊ distillationes facta in eis ex succo. ⁊ eius iuuamentũ in doloribus est velocius. Et ipo quoq; fiunt embroce ⁊ sedant sodam. ℞ Et cõfert apostematibus oculi facto emplastro ex eo cum careno. ⁊ cum eis q̃ dicã sunt vel decocta cũ vino. ℞ Et confert apostematibus am et testiculoꝝ facto emplo cum eis que dicta sunt. loco eius ponit̃ q̃ntum est pondus ipius de camomilla. aut eius mediũ de folijs sici. ℞ Pla. Eius decoctionis eius cõfortat. ⁊ ventositatem inclusam expellit. Opilationem renum ⁊ vesice aperit. ℞ Semen eius in brodio positũ. ipm facit boni saporis. ⁊ boni odoris. Et potissimum est mellilotũ ad emoꝛroidas cancꝝ ⁊ fistulã.



Ca. cc lxxxiij.

Melon. Sal. viij. sim. far. ca. sichirnis. i. melon. Melonis maturi substantia est grossa. Virtus eius est q̃ infrigidat ⁊ humectat in. ñ. gradu. Vñ virtus melonis maturi est abstersiua. ℞ Dominatur autem in eo frigida et hũida cõplexio non tamen fortis sed in. ij. gradu. Radicatur radix eius ⁊ semen eius q̃ siccãtur non adhuc humida. Q̃ siccant̃ sunt in primo gradu siccitatis. aut in pncipio secundi. Et in eis est plus de abstersione q̃ siccantur q̃ in carne eius. ⁊ q̃ in carne cucumeris.

Operationes.

Aggera. li. aggre. ca. Rabera. i. melon. Quãdo fit emplastꝝ cum eo sedat apostemata oculoꝝ. ℞ Et cortex eius quãdo ponitur sup caput infantis sedat apostemata calida q̃ fiunt in eius cerebro. et ponitur sup frontem illius. ad cuius oculos curãt hũiditates. ⁊ pphibẽt eas. ⁊ tota carnositas. Et semen q̃ siccat̃ ad

solem ⁊ ꝯficitur cum farina ordei vel cum amido. ⁊ siccatur bene. mūdificat cutem mulierꝝ qñ lauāt cū eo facies suas. ⁊ r̄ddit eas splendidas. B ¶ Sed radix melonis qñ siccat̄ ⁊ sumit̄ de ea in potu ʒ. j. cū ydromelle ꝓuocat vomitū E ¶ Et qñ accipit̄ post cibū in hunc modū facit vomere sine labore. Et qñ fit emplastꝝ cum ea curat vlcera que dicunt̄ faul.



¶ Ca. cc lxxxv.

Melon Indus. Sera. li. aggre. cap̄. dullasia siue dulaha. i. melō indus siue melon magnus: Ubi sciendū ꝙ melon magnus est melon indus q̄d per Auicennā ptz de cura terciane pure. vbi laudat in terciana p̄dicta melonē Indū. Et subdit ⁊ fortasse nō nocet melō paruꝰ ḡ melon indus est melō magnus. Est em̄ melō ꝑuus hñs virgulaꝝ colorem exteriꝰ est albus ⁊ dulcis. ⁊ est paruus ꝓ alia spē melonis. lege ca. p̄cedēs q̄d īcipit melō.

¶ Operationes.

A ¶ Sera. Melon magnus siue Indus viridis ſm Rasim. est fortis humectationis ⁊ extinctiōis: B ¶ Et ꝯfert febribꝰ adurentibus: ⁊ est frigidior alijs spēbus melonū et tardioris immutationis in stomacho ⁊ lōginquior a corruptione: C ¶ Et propter hoc est cōueniens febrientibꝰ coleram in stomacho suo ꝓpter suā grossiciem ⁊ ꝓpter suam elongationem a cōuersione. ⁊ cōueniens caliditati febrili. quia extinguit caliditatem. D ¶ Et sedat inflāmationem eius E ¶ Et cucumer quidem facit opatiōez ꝓpinq̄ huic nisi qꝛ plus ꝓuocat vrinā q̄ melon Indus.



¶ Ca. cc lxxxvj.

Melōgena arabice. grece melōgia. Sera. li. aggre. cap̄. melōgia. Melongia fructus sunt oblōgi medij intra rubedinem ⁊ nigredinem. ⁊ inueniantur ex eis citrine ⁊ albe. Et idem auctoritate filij Mesague. est ca. ⁊ sic. in. ij. ḡ du

¶ Operationes.

A ¶ Sera. Generat melancoliam et opilatões epatis. ⁊ splēis ⁊ gñat sodā: ⁊ generat emorroidas: B ¶ Verum si ex capitibus eius in vmbra siccatis ⁊ cōtritis fiat epithima conuenit emorroidibus. et cum ipa in oleo coquitur soluit. sed in aceto stringit. C ¶ Et ideo non habz proportionem ad stringendū vel soluendū. D ¶ Raby moyses: ca. de melōgena. valet ꝯ nauseā ⁊ vomitū. ⁊ ex cib est peior:



¶ Ca. cclxxxvij.

Memithe. Bias. cap. memithe. Memithe vel glaucium est succus herbe eiusdem nominis: folia habentis papaueri similia. Hec folia calido cinere cooperiunt ⁊ sic succū emittunt. Alij herbam in ollam mittunt et circūliniunt creta ⁊ in furnū feruentem mittunt. Et sic foliis maceratis succū exprimūt. ⁊ siccatū in sole in pastillos redigunt. Eius est optimum quod est crocei coloris ītus ⁊ gustu conarum. ⁊ odore graui miscꝯt ocularibꝰ medicinis ⁊ cetera. Et idem ꝑm aliā translationem cap. sup̄dicto. Glaucium siue memithe succus est herbe nascentis in Siria in gerapoli. Folia habet similia miconio ceraticis sed pinguiora. ⁊ sup terram spansa. odorem habz grauem. gustu amaro. succum multum habet croci similem. Folia eius ciues mittunt in cacabis et in cibarijs coquunt. que cum coxerint exsuccant ⁊ glaucium faciunt

¶ Operationes.

A ¶ Pli. cap. de glaucio Glaucium in siria et persia nascit humilis herba. folijs decisis. fere papaueris minoribus tamen sordidioribusq; odoris tetri. gustꝰ amaricum constrictione ⁊ stipticitate ⁊ gummi habet crocei coloris. B ¶ Multi vero errauerunt in hac herba: quidam putauerunt ꝙ esset celidonia. Quidam putauerunt ꝙ essz papauer cornutum. ⁊ sic vocatur apud Auicennā. C ¶ Et ego vidi meo tempe multos in hoc errare. et multi errauerunt tempe Dyas. Nam dyas. cap. de monte ratides dicit ꝙ multi falso putauerunt glaucium ibi fieri ꝓpter similitudinem foliorum quod autem glauciū sit memithe vel sieff eius. apparet multis testimonijs. D ¶ Nam vbi ponunt Allexander ⁊ alij greci glaucium Aui. ⁊ alij ponunt sieff memithe. Preterea apud Serapionem quicquit dicit de memithe auct. dyas. Non est aliud nisi ꝙ dr̄ apud dyas. cap. de glaucio. E ¶ Inuenit etiā oleum nouū glaucinum non ob hoc glaucō quia nihil r̄cipit glaucij. cuius ꝯfectōem etiam inueni in antiquo antidotario sic vocatam ⁊ sine glaucio. et est om̄ino calidum. ꝙ autem ꝑm veritatem glaucium sit memithe: lege cap. Celidonia. Gali. vj. sim. far. cap. glaucium. Glaucium stipticat cum quadam delectatōne. infrigidat tamen manifeste. ita vt sanet q̄dem sepiꝰ herisipilata ⁊ est in compositione composita ex aquosa ⁊ terrestri substātia. vtrisq; frigidis nō tamen extreme. sed ad modū aque fontanine.



Ca.cc lxxxviij.

Menta Platearius. Menta est herba cuius plura sunt genera. Est.n. quedaz domestica. q̄ ꝓpe ortulana dicitur vel cōis vel odorifera. ⁊ hec calefacit ⁊ confortat. Est ⁊ alia siluatica que mentastꝝ dr̄. de illa statim postea tractabitur. Est alia menta q̄ longiora ⁊ acutiora habet folia. ⁊ hec menta Romana vel sarracenica dr̄ hec magis diuretica est q̄ alie. Et est alia menta q̄ dr̄ aquatica: ⁊ vocatur sisimbriu m vel balsamita. Est alia menta non odorifera: ⁊ illa est calamentū de qua in sequenti capl'o habet̄. Sera: li. aggre. cap̄. dichanacha: i. menta: ⁊ ex ea est domestica ⁊ siluestris. ⁊ ramuli domestici qñ masticātur hñt colorem celestem: ⁊ sunt interius concaui: ⁊ in summitatib⁹ ramulorum sunt quasi licinia. ⁊ viret ⁊ augetur estate ⁊ hieme. ⁊ habet odorē bonū Et idem aucto. dyas. Quidam nominā t eam mentam. ⁊ est dychanacha. et est nota. habet v̄tutem calefactiuā. stipticam ⁊ deficcatiuam. Est alia species mēte siluestris cuius folia sunt aspera pilosa maiora folijs sisimbrij. et in odore suo est pinguedo ⁊ est minus iuuatiua in medicina q̄ species alia. Idem aucto. Gal'. In substantia eius est plus subtilitatis q̄ in alio olere. ⁊ in sapore eius est parua caliditas ⁊ ponticitas. ⁊ v̄tus eius est ca. in. ij. g̃du Dyas. ca. de ediosmon. i. menta herba est om̄ibus nota que v̄tutem habet terman ticam ⁊ stipticam ⁊ seranticā. Paul⁹ cap̄: de menta Menta est ca: ⁊ sic. in. iij. gradu Est em̄ domestica ⁊ siluestris. ⁊ est alia q̄ dicitur menta romana vel sarracenica: sz domestica magis vsui medicine cōpetit tam viridis q̄ exsiccata magne est efficacie. virtutem habet consumptiuam et dissolutiuam ex proprijs qualitatibus ⁊ cōfortandi ex sua aromaticitate.

Operationes.

A Galienus. vij. sim. far. ca. Ediosmū quidam mentā odoriferam vocant. Est aūt quedam non odorifera menta: q̄ ⁊ calamentum vocāt. vt in sequenti ca. dr̄.

B Contra fetorem oris ⁊ putredinem gingiuaꝝ ⁊ dentiū ex decoctione eius cū aceto os abluat̄. Ad appetitū ꝓuocandū cum impedit̄ ex frigidis humoribus existentibus in ore stomachi fiat salsamentū ex mēta ⁊ aceto. ⁊ modico cinamomo seu pipe. C Cōtra vomitū factū ex debilitate v̄tutis ꝯtentiue vel ex frigida causa fiat decoctio mente in aqua salmacina et aceto. ⁊ spōgia intincta ori stomachi. sup ponat̄ ꝯ sincopim ex debilitate cū febre. l' sine fe. siue ex medicina vel q̄cunq; causa ꝯterat̄ mēta: ⁊ distꝑetur cū aceto. ⁊ frustū panis assi in igne ponat̄ in aceto illo ⁊ dimittat̄ tā diu q̄ inde humectet̄. ⁊ naribus applicet̄. ⁊ ex inde fricent̄ labia gingiue ⁊ dentes. ⁊ liget̄ in tꝑib⁹ sup venas pulsatiles tꝑm ⁊ brachioꝝ. ⁊ paciens masticet: ⁊ hūiditatē transglutiat D Ad matricem mūdificandā teneritates mēte coq̄ntur in vīo ⁊ fiat iñ suppositoriū ꝯ colicam passionē fasciculi mēte coq̄nt̄ in vīo ⁊ ol'o ⁊ sup̄ renes ⁊ pectinem cathaplasmetur.

E ¶ Cōtra coagulatōez lactis in mamil
lis p̄dicti fasciculi mēte in vino ⁊ oleo de
cocti. ⁊ suꝑligati mamillis soluit. hz em̄ si
militer vi attrahēdi venenū. et qn̄ dat̄ cū
aliq̄ medicīa ꝯ venenū det̄ cū succo eiꝰ. Sz
succus mente rōne l' sarracenice l' vinū de
coctōis cū melle mixtuz valet ꝯ opilatōez
splēis stōi. ⁊ epatis ⁊ naturaliū viaꝝ ex fri
gido humore et etiā ex ca. sine fe. F ¶
Succꝰ etiā datꝰ lūbricos occidit. Auribꝰ
instillatꝰ v̄mes necat. Decocta herba in
vīo ⁊ oleo ⁊ cataplasmā soluit sclirosim. ⁊
duriciē apatū suꝑioꝝ. G ¶ Vinū deco
ctionis ⁊ puluis eius ī cib̄ datꝰ digestōez
ꝯfortat. fomentū fcm̄ ex aq̄ decoctōis eiꝰ
matricē infrigidatā calefacit. Saccellatō
fcā calefacit. Et saccellatō ex puluere eiꝰ
reuma frigidū capitis strīgit. H ¶ Pal
la. de agricultā li. iij. In mēse fe. mentā se
riꝯuenit plātis l' radicibꝰ circa aq̄s vl' in
hūido loco. I ¶ Pla. Mēta dōestica si
ue ortulana magis ꝯpetit vsui medicine
q̄ alie. habet v̄tutem ꝯsumendi ex ꝓprijs
q̄litatibus ⁊ ꝯfortandi ex aromaticitate.



¶ Ca. cclxxxix.

Menta non odorifera. siue calamen
tum. Pandecta. ca. cxxiij. Calamē
tum arabice. grece Calamitis. La
tine v̄o nepita vl' mēta nō odorifera. Sci
endum q̄ in isto capl'o tractabit̄ de cala
mento quia calamentū dr̄ menta nō odo
rifera. Platearius. Calamentū est herba
q̄ alio nomine dr̄ menta non odorifera vl'
nepita. ca. est ⁊ sic. in. iij. gradu. melius est
montanū. quia magis siccū. Cū flores ꝓ
ducit debet colligi. ac ꝑ annū p̄t seruari.
habet autem v̄tutem dissoluendi ⁊ cōfor
tandi. Auicenna. menta non odorfera si
ue calamentum Aliud est fluuiale Aliud
est montanū ysopo simile in sapore. Et si
militer eius folia sunt ei similia.

¶ Operationes.

A ¶ Qn̄ bibitur succus eius cū aqua mel
lis. diaforat totū corpus. et ꝓuocat sudo
rem. Et teritur cum oleo ⁊ coquit̄ et inun
gitur corpus ⁊ confert rigoribus periodi
cis. B ¶ Et quando fit emplastꝝ suꝑ
sciam habentibus sciaticum dolorem cō
fert valde: trahit em̄ funditus ad intrinse
cam superficiem. ⁊ calefacit totū articulū
super incendit autem manifeste cutim
C ¶ Et sumptum in potu. vel appositum
prouocat menstrua efficaciter. ⁊ est ex me
dicinis quādo sumit̄ magis ꝯferentibus
leprosis resoluendo humores resolutōne
forti. ⁊ aufert liuorē q̄ fit sub oculo. ⁊ ypo
pias dyaforat. D ¶ Et tu dēs scire q̄ om
nes medicine que teruntur ⁊ habent acui
tatem. attrahūt cito ex ꝓfundo corporis
hūiditates q̄s recipiūt in locis illis. E
Et melius quidem in his est vīo decoquē
tes cathaplasmate ip̄m viride magis q̄
siccum vehementius postq̄ desiccatur et
promptius adurendū. sicut que canstica
⁊ quecūqz farmacoꝝ calida sunt ⁊ acria. ⁊
subtilium ꝑtium facile attrahētia funditꝰ
ad se totā adiacentē hūiditatem. F ¶
Amaritudo autē q̄ inest ei breuis quidez
om̄ino est. opatur āt in q̄busdā sicut q̄ vi
olentius. ⁊ q̄d consistit vehementi calidi

tati cum substantia subtilium parcium. Et ideo quādo sumit̄ in potu eius succus aut fit cristere cum eo: occidit ascarides ⁊ lumbricos Et valet ad morsus ferarum ⁊ occidit similiter vermes que generātur in auribus: ⁊ in vlceribus profundis.

G Et quādo fit nascale cum eo aut sumitur in potu occidit ⁊ expellit fetū. Igitur incisiua quidem virtus inest ei. ꝓpter caliditatem eius. ⁊ subtilitatem partium ⁊ amaritudinem. sola itaq; propter om̄ia predicta confert omnibus asmaticis ⁊ hictericis propter amaritudinem maxime sicut ⁊ pene omnia cetera purgādo ⁊ mūdificando epatis opilationes. est autem ad oīa p̄dicta efficatius q̄d mōstratū est:



Ca. ccxc.

Mentastrum: Plinius. Mentastrū est menta siluestris differēs specie cie foliorum quasi figura ozimi colore pulegij. propter quod ⁊ quidaz siluestre pulegium vocant.

Operationes.

A His cōmanducatis ⁊ impositis elephantiam sanari traditum est. sicut magni pompey etate. fortuito cuiusdam experimento ꝓpter pudorem in facie illita cōpertum est. B Eadem liniuntur atq; bibuntur in vino aduersus scolopendras ⁊ ictus serpentum. cum sale quoq; ⁊ oleo ⁊ aceto aduersus ictus scorpionū. deniq; aduersus omnia venena hec folia seruantur ad farine modum arida C Mentastrum quoq; substratum vel accensum scorpiones fugat. Potū feminas purgat. Sed partus necat. D Orthonoicis torminibus colericis efficacissimū. Itēq; podagris impositum. E Succus eius auribus verminosis instillatur. F In morbo regio datur: ⁊ strumis illinitur. Omnia venenis inhibet. Tineas pellit. ⁊ contra pruriginem valet.



Ca.ccxcj.

Meu. Dyas. Meu q̃d amãticum dicitur in Macedonia ⁊ in hyspãia nascitur. tyrso ⁊ folijs aniso et aneto similibus. ascendit de terra vsq; ad cubitos duos. rad. cibus sparsis. ac teneris ac curuis ⁊ lõgis. suauiq; odore; gustu calido. linguaz mordente. vires habz radix ipsa releuantes. Platearius. Meu est herba in. ij. gradu ca. ⁊ sicca; huius radix appellatur simili nomine. Et precipue competit vsui medicine. Unde radix in medicinis debet poni que ꝑ duos ãnos potest seruari. virtutem habz diureticam ex subtilitate substantie. attrahendi ⁊ consumẽdi ex qualitatibus suis. Plinius capl̃o de meu. Meu radicula est herbe aspera tenuis ⁊ oblõga sua v̄tute olẽs. ca. ẽ ⁊ sic. in. ij. gradu.

Operationes.

A Dyas. Vires eius habz radix relaxãtes: vnde trita et elixata in aqua datur in potione vtiliter ad renum dolorem et ad vesice causas. vrinam prouocat B Stomachi inflationes ⁊ tortiones intraneorũ mitigat. ⁊ stericas. hoc est dolores matricis curat. Artiriasim mitigat. C Toracis reumatismo cum melle vt electuarium datum ꝓdest: D Menstrua etiam ꝑ fomentum ꝓuocat. Strãguirias infantium vt cathaplasma impositũ suꝑ pectinem resoluit. Ex quo si plus bibitũ fuerit capitis dolorem cõmouet. Platearius. Vinum vel aqua decoctionis eius soluit opilationem splenis ⁊ epatis ex frigida causa facta. ⁊ etiam strãguiriã et dissuriam. Aqua vero competentius ĩ estate datur iuueni. Vinũ aũt in hieme ⁊ seni Puluis eius cum feniculi semine in cibo vel potu datus excludit intestinoꝝ stomachiq; ventositatem et confert: Contra tenasmonem ex frigida causa in vino decoquitur herba ipsa.



Ca.ccxcij.

Mel. Auicenna: p̃ma fen: quarti canonis cap̃. de hora cibatõis febricitantium q̃ dicit ꝙ mel canne est zuccaꝝ: ⁊ hoc similiter ĩuenies si leges ca. zuccaꝝ. Nam inuenies ꝙ est zuccaꝝ ꝙ si ꝓpter sui pinguedinẽ non indurat̃. Hoc similiter vult Gal̃. vij. sim. far. dicẽs zuccarum quidem vocatũ q̃d ex media ⁊ felici arabia portatur. Coagulatur q̃dem vt q̃dam aiunt cannis. Est autem ⁊ illud mellis species. minꝰ ãt ex eo illud q̃d a nobis dulce. v̄tute aũt sil̃e est ei in quantũ abstergit ⁊ siccat ⁊ dyaforat. ⁊ sil̃r mel cãne quodam eo residuo uccari qñ decoquit̃. vel ip̃emet succus Est alia species mellis q̃d dr̃ mel rubꝝ. ⁊ est idez q̃d sup̃: Et similiter alia spẽs mell̃ q̃d vocat̃ mel storacis. ⁊ est illud mel lubue. vt sup̃ Est similiter aliud mel q̃d vocat̃ mel acanũ. ⁊ interpretatur mel sine fumo. ⁊ ẽ mel cassia fistulatũ. ⁊ est pulpa cassie fistule. Et est mel mirtinũ q̃d fit ex duabus partibus mellis. ⁊ vna succi mirti. vt apparet in antidotario Galieni

mi nori que incipit Confectio mellis mir
tini. Gal. vij. sim. far. cap̄: de melle. Mel
calefacit ⁊ siccat in. ij. gradu. est āt simpli
cis. vt est dicere maxime virtutis ⁊ cōple
xionis. Dyas. Mel est succus roris celestis
quem apes colligūt. ⁊ habz in se quasi cō
positionem quandam. qm̄ ex multaꝝ her
baꝝ flore ⁊ succo colligit̄. Ideoq; oībus
valitudinib⁹ ꝓficiens. oībus ātidotis mi
scetur. Itē Mel apū in plenilunio capien
dū est sereno die abrūpi statim ac resilire
guttas vtilitatis est indiciū: Bonitatis
v̄o ꝓbatio est. vt sit odoriferꝝ ⁊ ex re dulci
glutinosum ac ꝑlucidū. Cū āt eximit̄ mel
apes abigi fumo vtilissimū ē ne irascat̄. ⁊
mel auiditate vorāt Mel ca. ē ⁊ sic. Cōser
uat ⁊ mūdificat. In medicinis ponit̄. vt
amaritudo spēꝝ eius dulcedine tꝑetur. in
electuarijs qn̄q; cū pulueribus miscet̄. vt
diutius in maiori efficatia ꝯseruet̄.

Operationes.

A Blas: Mel vulnerib⁹ sordidis ꝓdest
xiiij. diebus ꝑunctum caliginē oculoꝝ de
tergit: Gargarismo adhibitum vulnera
fauciū ⁊ synātes curat. vrinā ꝓuocat. ven
trem mollit. B Aussientibus ꝓdest
Morsib⁹ venenaticis occurrit. Morsibus
etiā rabidi canis adhibitū curat pacien
tem. Aridū ꝯmestū inflatōes p̄stat. Ueꝝ
mel estatis melius est. hiemis v̄o min⁹ vti
le ⁊ spissum. C Mel solū fastidiū tol
lit. nauseā ꝓhibet. pulmōi ⁊ oībus interi
oribus medet̄. Sera. Mel qn̄ ponit̄ in vl
ceribus fraudulētis ꝓfundis cōuenit eis
multū. D Et qn̄ coquit̄ ⁊ ponit̄ suꝑ
scissuras cutis ꝯsolidat eas. ⁊ qn̄ coq̄t̄ cū
aneto humido ⁊ linit̄ cū eo empetigo cu
rat eam. E Et qn̄ miscetur cū sale tri
to: ⁊ distillat̄ in aurem sedat tinnitū auri
um ⁊ si linit̄ cum eo caput occidit pedicu
los ⁊ lendines. F Et qn̄ indumentū
alicui⁹ est breue nimis. si est ex lana ⁊ vult
q̄ elongetur. si irrorauerit illud cū aq̄. de
inde liniat̄ cum melle elongat̄. G
Et mel abstergit tenebrositatē visus quā
do fit colliriū cū eo. xiiij. diebus cōtinuis
⁊ fiunt cum gargarismata. H Et cō
ferunt apostematibus gutturis. ⁊ fauciū
⁊ squinantie. Et si liniunt̄ cū eo gingiue
pueroꝝ tꝑe ortus dentiū eoꝝ facit eos faci
le nasci. ⁊ sine dolore. Et si accipiat̄ vel bi
batur ꝓuocat vrinas. ⁊ ꝯuenit tussi. I
Galienus Sciendum q̄ plures sunt
species mellis. Est vna species mellis: q̄d
est mel vsuale. quod diuersificatur secun
dum differentias supradictas. K
Est alia species mellis. quod vocat̄ mel
Atheniense. quod affertur ab Athenis:
Et est mel uesparum in locis subterraneis
factum: Et est idem quod mel pastinatū.
vel granatum: Vt in Allexandro. Et vo
catur mel pastinatum illud quod est mel
granosum. vt Oribasius L Est alia
species mellis quod vocatur mel atticum
id est mel vesparum secundum quosdam
sed falso. quoniam dyascorides capitulo
de melle dicit. Mel succ⁹ est roris celestis
Cuius genera sunt duo: Vnum quod cu
piliones colligunt apes. que sunt oblon
ge. Aliud quod sub terra inuenitur vel at
ticum limaticum. Etiam aliqui dicunt q̄
mel atticū dicitur ab attica regione. Mel
thimum dicitur a regione thima. M
Vnde Plinius inquit: Mellis atttici sum
ma laus toto vrbe estimatur translatum
in attica. Sed thimum magis laudatur.
quare in aliquibus antiquis antidotarijs
mel atticum mel thimenum exponit̄.



Ca.ccxciij.

Medica. Dyas.ca.cot.i.medica grece: Cot est herba similis trifolio.q̄ infra fenū nascit̄. folia habz angusta.⁊ v̄gulam similem trifolio:in q̄ virgella semen est vt lenticl'a.illud semen miscetur pani ꝑ odore: Ysidorus vero medicā inter legumina scripsit. Palladius li.de agricultura. Medica inquit q̄ semel serit̄ quatuor annis ꝑmanz:ita q̄ quater ⁊ sepcies possit ꝑ annū rescindi Agr̄ stercorat animalia reficit.curat egrota. Plini⁹ Medica dr̄ vt a medis inuenta ꝑ bella ꝑsarū que latius intulit:q̄ tanta est eius dos vt ex vno situ amplius q̄ ccc.annis duret.

Operationes.

A Medicina inda sunt quidam trocisci facti ex ea ⁊ vnguntur in balneis. B Hanc herbam equi ⁊ azini comedunt. C De quo Auicenna libro secundo capitulo. Cot Oleum cot est res magis cōferens tremori.



Ca.ccxciiij.

Mespila. Ysidorus ait. Mespila est arbor spinosa.fructu similis malorum.sed paulo breuior. Vnde appellata ab eo.q̄ pillule formam habeant eius poma. Plinius li.xv. Arbor mespilorum est de amplissimis. Folia eius añ q̄m decidāt rubescunt.radices multe ⁊ alte. Ideoq; in extirpabiles sunt. Palladius li.iiij. Mespila locis calidis maxime gaudent. Sz irriguis ⁊ frigidis ꝓueniūt.magis tamen sabl'o pingui aut glareosa terra.cui ꝑmixta est arena vl' argilla cū saxis Serenda est talis mense marcio vel nouēbri.solo stercorato ⁊ subacto ita vt vtrū q̄ caput tale stercus obducat. Sunt eius incrementa tardissima. amat putari.atq; circumfodi.⁊ parco humore siccitates sepe foueri. Seritur ⁊ semine.sed in longiorem spargit̄ etatem Si v̄mibus occupat̄ stilo ereo purgāde sunt ⁊ amurca.vl' hūana vetere vr̄ia vel viuo calce ꝓsundēdi.sz ꝑci⁹ ꝓpter arboris noxā.l' a q̄ decocta lupini. Sz putatur hinc arbor sterilis fieri. Fi

mus ⁊ cinis viciũ simul, si radicib⁹ infun
dantur sterilem reddunt: Si formice mo
leste sunt. rubrica cum aceto ⁊ cinere tem
perata necabunt̃. Inserit̃ mẽse februario
Surculus tñ eius ex arbore media debet
assumi. Nam de summitatib⁹ viciosus est
In trunco fissa inserenda est Nã corticis
in acies ieiuna nil nutriet.

Operationes.

A Bias. Mespile folia ⁊ cortex idemq;
radicis cortex tunse ⁊ imposite: cuicunq;
tumori feruoriq; subueniũt. Trita ⁊ sicca
cum melle cicatricem vulneri adducunt.
B Hausta cum vino dulci sanguinem
reijcientibus opem ferunt. Itemq; cũ vi
no ꝓpinata. veneficij potionibus repug
nant. vesicam vrina largiori lauant: C
Sera. li. aggre. cap̃. zaror. aucto. dyasco.
Zaror arabice. i. mespiluz. ⁊ est arbor spi
nosa. cuius vna pars vocat̃ mespilũ ⁊ ha
bet fructũ paruũ similem malis ꝑuis. bo
num ad comedendũ. Est stipticus. bonus
stomacho. cũ ꝯmedit̃ retinet ventrẽ. ⁊ tar
de maturatur: D Gal. li. ij. de cibis
Fructus eius est stipticus. stipticitate for
ti: ⁊ in folijs et in summitatibus est stipti
citas. Virtus est ei fri. palam. qm̃ talium
oim̃ parum ꝯmedit̃. ꝯuenit nõ vt ficuum
aut vuaꝝ copiose Neq; em̃ vt alimento
sed vt medicinis ip̃is indigemus magis
E Et dicit in. vij. sim. far. cap̃ mespilũ
quidã tricocinũ nõ iant. eo ꝙ tria hz ossu
la om̃ia intra se. ꝛc̃. Stipticus aũt est suffi
cienter fructus huius arboris ⁊ vix edibi
lis. ⁊ retentius sufficienter est ventris. Et
in germinibus eius ⁊ in folijs stiptica q̃li
tas est non pauca F Byas. ca: de me
spilo s̃m trãslatõem grecã. Mespilũ semẽ
hz rotundũ fructũ minutũ matiãõ similẽ
tria ossa hñs. vñ tricocinũ dr̃ stipticũ ẽ et
eustõchũ. ventrẽ abstinet. ⁊ tarde mature
scit. G Alman. tracta. iij. fri. sunt ⁊ sic.
ventrẽ abstrĩgũt ⁊ vomitũ abstinẽt Et est
alia spẽs q̃ in hyspãia nascit̃ q̃ multi epi
melidã vocãt. semẽ rotundũ hñs et trigo
nũ. vñ ⁊ triconũ dr̃ hoc bonũ est ad eden
dum stipticũ ⁊ stõ aptũ. ⁊ ista est azarola.



Ca. ccxcv.

Millefolium. Pli. li. xxiiij: Millefoli
um q̃d ⁊ minofilon dr̃ Caulẽ hz te
nerum. sil'em feniculo. plurimis fo
lijs. vñ ⁊ nomen accepit: Nascit̃ in palu
stribus: Ex herbario: Millefoliũ q̃ et am
brosia vel archillea dr̃: In locis cultis na
scitur. hz flores aurosos ⁊ albos Byas. ca
pi. Minofilos. nascit̃ in palustrib⁹ locis
tirsum hz ex vna radice mollẽ ⁊ subrufum
⁊ q̃si mãibus liniatũ ⁊ folia sil'ia feniclo.

Operationes.

A Byas. Vulnera glutinant ⁊ sine tũo
re custodiunt In dentiũ dolore cũ butiro
ĩponunt̃ ĩ modũ emplastri. Cõtra vrine
difficultatẽ bibit̃ cũ aceto. ⁊ valet ꝯ calcu
lum B Gal. vij: sim. far. Millefoliũ
siccatiue est v̄tutis in tantum vt ꝯsolidat
vulnera C Pli. Bibit̃ cum aceto ad
difficultatem vrine vl' vesice. vel suspiria
precipitatisq; ex alto. D Eadem ad
dentium dolorem efficacissima est. Folia
ei⁹ eximij vsus ad vulnera eaq; affirmat.

E Ex herbario. Coma eius tunsa ⁊ apposita nouis vulneribus dolorem tollit. et eadem glutinat: Profluuiũ sanguinis stringit. Eadem aq̃ potata dissintericos curat. F Idem valet ad dentium dolorem. Ad vrine difficultatẽ ⁊ ad tũorem



Ca. ccxcvj.

Milium solis. Sera. li. aggre. cap̃. culb aucto: Syas. Culb arabice. i. miliũ solis et est herba cuius folia similant̃ folijs oliue. nisi q: sũt maiora eis ⁊ molliora ⁊ latiora. et sunt eis inferiora: declinãt v̄sus terrã velut stẽt sup̃ ip̃am: et h3 v̄gas eleuatas subtiles sicut sq̃nantũ. ⁊ in summitate virge est simile in ramulo diuisũ ĩ duas ꝑtes in q̃ sunt folia minuta ⁊ iux̃ q̃dlibet folũ est semen albũ duꝝ fere vt lapis rotundũ in magnitudine orobi parui. nascit̃ in locis aspis ⁊ altis. Syas. cap̃: Licospermõ. i. miliũ solis eraclio vocatur ꝓpter fortitudinẽ semis. Eius folia sunt similia folijs oliue s3 latiora: ⁊ oblongiora: ⁊ v̄gas tenues in g̃ssitudine Junci lignosas: et in summo virga diuisa est, in qua folia minuta sunt. vbi ⁊ semen rotundum ⁊ lapidosum est ⁊ album pise simile Nascitur locis asperis ⁊ altis.

Operationes.

A Syas. Virtus est ei mictualis. ⁊ sem̃ ei⁹ bibitũ cũ vĩo albo calcl'os frãgit. ⁊ vrinã ꝓuocat B Pli. ca: Batangliscos i. miliũ solis est semen. ei⁹ herbe q̃ dr̃ astorcos: q̃d si q̃s biberit frangit lapidẽ. ⁊ prouocat vrinã. C Paulus ca: calebi. i. miliũ vel granũ solis. ꝓuocat vrinã ⁊ mẽstrua. ⁊ est ca. ⁊ siccũ in. iij. gradu D Et viuũ decoctiõis ei⁹ et puluis ip̃ius in cibis sumptus soluit stranguiriã ⁊ dissurriã ⁊ yliacã passi. ⁊ oĩa illa solũ sem̃ opat̃.



Ca. ccxcvij.

Mirabolani. Pãdecta. Sciendum q̃ ꝑm mes. Mirabolanoꝝ species sunt. v. Et sũt fruct⁹ arboꝝ in india exñtiũ: ⁊ nõ eiusdẽ maneriei sunt oẽs. s3 diuersoꝝ effectuũ. ⁊ diuersaꝝ formaꝝ. Vñ⁹

Mirabolanorum species sunt quinq; bonorum. Citrinus kebulus bellirić emblicus indus. Quidam dicunt q; sunt omnes ab eadem arbore producti. Ita q; citrini sunt de primo germine. Et nigri indi sūt in quibus pcenit complexio z maturatio z dixerunt q; arbor eor est de bis ferentib; Et q; citrini sunt de primo germine, et nigri similiter. Kebulus germen fm talitz falso. imo pducuntur a diversis arboribus z illud est qđ creditur Sed aliq volunt q; emblici z bellirici nō inuenirent inter mirabolanos. qm̄ Alui. z Sera. de eis diversa faciunt capla. vt etiā habetur sup̄ de bin cap̄. Bellirici vbi tractat de bellirícis z emblicis. Sed in isto cap̄. de alijs tribus spēbus. Item Sera. li. aggre. facit caplm̄ de emblicis z bellirícis. z facit caplm̄ de alijs tribus pse. de quo dicit balilig. i. mirabolani cuius tres sunt spēs kebuli. Citrini z nigri. et sunt illi q; nōiantur indi et seni z kebuli. Idem auct. Aben mesuay Meliores sunt ex eis quor color est citrinus approximans viriditati: graves. pleni. sine rugis Et dicit auct. Isaac. Et sunt frigidi in primo gradu sic. in. ij. Nigri fri. et sic. in primo. Mirabolani indi vel nigri z de seni sunt similiter ex spēbus hūtibus corticem subtilem nigrum. z cortex eor vergit ad citrinitatem. z sunt similes olivis i forma sua. Et iuuamentum eor est minus iuuamento aliar spēr mirabolanor. Et idē auct. Aben mesuay. Mirabolani seni sūt ex speciebus olivar qui q̄n̄ pdiunt corroborant stomachum z incoriant eum incoriatione pauca. et non est in eis iuuamentum q̄ntū in kebulis. z ex kebulis quidaz sunt citrini: quidā nigri: et nigredo que ē in eis est, pter ampliorem morā q; fecerūt in arbore sua: z sunt pinguiores z carnosiores citrinis. in colore, quia ipi fecerūt maturationem ampliorem: z illi qui colligūtur ante sunt citrini. z quando sumuntur triti inducunt laborem in stomacho. quoniam natura laborat multum circa ipam sed quādo infunditur aut decoquit extrahitur virtus eius. z pjicitur eius substantia. z est leuior nature. z descendit velocia stomacho. Et ille tres spēs mirabolanorum miscent cū tamarindis: qm̄ tamarindi extinguūt calorem febrilem: nisi q; nocent tussientibus, pter acetositatem q̄ est in eis; Auicēna de viribus cordis ait. mirabolani sunt fri. z sic. Johannes Mesue Mirabolani sunt de medicinis benedcis non eā debilitant cum solutōne sua. imo confortant stomachum, prie. et viscera pparant. z coadunant partes eor. z confortant cor z epar: z corpus totum. Non q̄n̄ nisi ad vnū videntur nociui. adquirit eā dispositis ad hoc opilatō: z propē patis cadere in ipa. sed sunt de pfecto rectificātibus medicinas que habent acuitatem: z purgant dissolvēdo Magnifice eā adinuenit qui eos z ppie citrinos cum sacharo miscuit. reprimit eā eam propter obuiationem substantiarū z qualitatum ad invicem. z eam in solvendo iuuāt.

Operationes.

Sera. Virtus citrinor est q; fortāt oculos: z phibent cursuz humor ad ipos z conferunt sebel. z confortant stomachū z incoriant ipm: z conferunt melancolie. z cardiace. z clarificant colorem. Virtus kebulor est q; cōferūt anor z emorroidibus. z incoriant stomachū. z confortant eū. z digerunt cibū. desiccāt humiditatem. leniunt naturā. Conferūt ventositati emorroidar. z conferūt melancolicis maxime q̄n̄ cū eis admiscent species.

Corroborant sensum z memoriā. Et cōferūt lepre. z colice. Iz seni et indi vel nigri habent corticem subtilem nigrum. et cortex eorum vergit ad citrinitatem. q; quando condiuntur corroborant stomachum: et incoriant eum incoriatione pauca. Et non est in eis iuuamentum q̄ntum in kebulis. Johannes mesue Mirabolani sunt ex rebus que faciunt vtentes se inveneſcere. et adqrūt eis colorē bonū et bōitatē odoris et sudoris. et gñant gaudiū: et pfortāt corcr epar et stōachū:

Et ꝯferunt tremori cordis. ⁊ mũdificant
stõm. ⁊ ꝯferũt emorroidibus. ⁊ extinguũt
inflãmatõem colẽ E Sꝫ citrinorum
opatiõ ĩ hoc ẽ p̃cellẽs ip̃i em̃ solutõe edu
cunt eã. ⁊ ꝯferũt ꝯplexiones ca. hñtib⁹. Et
eoꝝ fricatio cũ aq̃ agreste. et cũ aq̃ ro. aut
succo feniculi abstergit oclm̃. ⁊ aufert sup̱
caliditatẽ ei⁹. ⁊ fcõ inde alcohol. stringit
lacrĩas. ⁊ ꝯuenit mollificationi oculoꝝ: ⁊
ꝯferũt terciane ⁊ fe. colericis: ⁊ ꝯtrite cum
mastice sanãt vlcera: ⁊ desiccãt ea: F
Kebuli q̃ꝫ solutõe educũt fleg̃. ⁊ addũt in
rõe. ⁊ clarificãt visũ ꝛ ꝓpe ꝯditi. et mũdifi
cant stõm. ⁊ ꝯfo: tãt ip̃m. ⁊ ꝯferũt ydropi
si ⁊ fe. antiq̃s G Nigri ãt l'indi. solu
tione educũt melãcoliã. ⁊ colerã adustã.
⁊ ꝯferũt melãcolie. ⁊ trẽori. ⁊ clarificãt vi
sum ⁊ colorẽ. ⁊ ꝯferũt lep̃. ⁊ tristicie ⁊ q̃rta
tane: Bos potõ citrinoꝝ tritoꝝ a. ʒ. ij: vsqꝫ
ad v. ⁊ infusoꝝ a. ʒ. viij. vsqꝫ ad. xx: ⁊ ĩdoꝝ
est sicut kebuloꝝ H Bulcasim eben
abẽazarin. li. q̃ dr̃ ſuitor Mod⁹ assandi ⁊
calliandi mirabolanos. oportet q̃ imbi
bant mirabolanos in aqua citonioꝝ. aut
in succo agreste: aut ĩ acetositate citri aut
in aq̃ vbi cocte sunt lentes. aut vbi coctũ
est lappaciũ acutũ. deiñ desicca eos bñ ⁊
madefac: in oleo ro: vel oleo de lentisco:
aut oleo masticino: aut cũ butiro. aut ol'o
oliue deinde assa sup̱ patellã ferreã vl' ter
ream. q̃ cum primo calefecisti et abstuli
sti ab igne. caue ne aduratur et destruat̃
vtus eoꝝ. I Similiter assant̃ semĩa
q̃ administrant̃ in medicinis fluxus. Et
modus assationis eoꝝ est iste. Accipe pa
tellam ferream aut eneam aut terreaꝫ aut
lebetem cum lato orifitio: et calefac bene
Deinde aufer ab igne: et statim sup̱pone
semina dum ip̃a est calida anteq̃ infrigi
detur. et cõmisce ea semp̱. donec videas
assationem eorum completam ad volun
tatem tuam: Et si non fuerit cõpleta vna
vice pone iterum et fac vt prius. K
Et scias q̃ non oportet om̃ia semina eq̃li
ter assare. quia sunt quedam q̃ hñt multã
viscositatem. que debent amplius assari
sicut psillium: et caue ne comburant̃.



Ca. ccxcviij.

Mirra. Sera. li. aggre. ca. hec auct:
dyas. Hec ara: i. mirra est gũmi ar
boris q̃ nascit̃ ĩ terris arabũ. simil'
arbori q̃ dr̃ ĩ greco spĩa babilõica: Nã fi
unt scissure ĩ lig̃ arboris. vñ egredit̃ gũmi
q̃d emanat cadẽs sup̱ sextoria q̃ sternunt̃
sub arbore. et q̃dã p̱ se coagulat̃ sup̱ stipi
tem et ẽ de ip̃a res q̃ dr̃ bacãtiscus siue ba
tanasas: et grossa est a q̃ egredit̃ meth: i:
storax liq̃da: qñ exp̃mit̃ sicut apparꝫ in ca:
storax: Et arbor ei⁹ est in terra q̃ dr̃ ptinia
et ẽ pĩguis. et qñ exp̃mit̃ succ⁹ eius egredi
tur velut storax multũ: et melior mirra ẽ il
la. que dr̃ tarbalud. et cãchi: et nõiat̃ hoc
nõie eo q̃ defert̃ ex terris q̃ dicunt̃ sic. Et
color ei⁹ est ad viriditatẽ tendẽs. pũgens
linguã clari coloris. et ex ea ẽ q̃ dr̃ liti et ẽ
lita gluthichi. et ẽ molll' tactu sicut bdelli
um: in odore suo ẽ pinguedo. et arbor ei⁹
est in locis soli expositis. Ex ea est que di
citur poaclis. ⁊ est aspera. multum nigra:
⁊ apparet in ea vestigium ignis. Et dete
rior est illa que dicitur argasin. ⁊ est leuis

non pinguis: acuti saporis. similis gūmi arabico ī fortitudine ⁊ v̄tute. Et ex mirra est q̄ dr̄ crumu siue ammini ⁊ est mala. Et fiūt q̄dam trocisci ex substātijs mirre. ⁊ si mirra pīguis fuerit trocisci q̄ ex ea fiūt habent bonū odorē ⁊ pinguē: ⁊ si non fuerit pinguis quod fit ex substantia eius non hz bonum odorē neq; pinguē. ⁊ hz v̄tutē debilē ꝓpter q̄d admiscet̄ ei oleū q̄n ex ea fiūt trocisci Adulterat̄ mirra: q̄n admiscetur ei gūmi q̄d infusum fuerit in aq̄ mirre Et melior ex mirra ē noua. leuis munda. q̄ q̄n tangit̄ est aliq̄ntulum aspa ⁊ arida: et cito frāgibilis. ⁊ q̄n frangit̄ r̄manet in eiꝰ fractura res alba: ⁊ figura eiꝰ ē, sicut figura vnguiū. ⁊ q̄ est in frusta nō ꝑua: ⁊ color eius est vniformis nō diuersus in exterioribus eiꝰ. sed interius est trahens ad rubedinem paꝝ cū lineis subalbidis sicut diximus. ⁊ odor eiꝰ ē delectabil' amara. sz illa q̄ est grauis. cꝰ color ē sicut color picis. nō est alicuiꝰ vtilitatis. Sz mirra q̄ est ex terra. q̄ dr̄ labotero abscīdit̄ ex radice arboris q̄ ē in terris illis. Eligit̄ em̄ ex ea illud q̄d est sil'e mirre ī odore: ⁊ v̄tus eiꝰ ē calefactiua ⁊ mollificatiua ⁊ resolutiua: ⁊ ingreditur in ꝯfectionibus vnguentoꝝ.

Operationes.

A Sera. auct. Albugerig. Mirra ꝯuenit ad aq̄ citrinā q̄n sumit̄ ex ea in potu. aut fit emplm̄ cū ea sup̄ ventrē. B Et q̄n fit caput purgiū cū vno anoch ex ea mūdificat cerebꝝ. ⁊ aufert ab eo vētositates g̊ssas: ⁊ incoriat gingiuas. C Et ꝯfirmat dētes: ⁊ ē conabolice q̄n fit linitō cū ea. D Gal'. Mirra abstergit cum tp̄amento: ⁊ glutīat fragmēta ossiū capitis. ⁊ occidit lūbricos. ⁊ fetū expellēs eos. E Et īgredit̄ ī ꝯfectō ibꝰ colliriorꝝ. q̄ fiunt ad vlcera oculi: ⁊ ad macl'as q̄ fiūt in eo. ⁊ ī medicīs q̄ bibunt̄ ad tussim antiq̄ ⁊ ad asma. Nā ip̄a nō exasp̄at cannā pulmōis. ⁊ hoc q̄ nō calefacit neq; desiccat calefactō e ⁊ desiccatō e forti ⁊ sine sup̄fluitate sue amaritudinis ⁊ sue abstersionis. F Est alia mirra q̄ trahit̄ a radice arboris hꝰ. ⁊ v̄tꝰ eiꝰ calefac̄ mollificat ⁊ r̄soluit



Ca. ccxcix.

A Dyascorides. Prima eius virtus diuretica est. ⁊ ꝓdest iecoris tumori et yctericis cum morbo regio. B Inflationes stomachi cum aqua vbi absinthium decoctum est discutit. C Spleni medetur vesice ⁊ reuibus vtile est. D Sed ⁊ morsibus venenatis cum vino data opitulatur malaginatibus culidis Et vnctionibus miscetur.



Ca.cccc xlix.

Spica nardi siue nardus. Ysidorus libro ethimologiarum. Nardus est herba spicosa. Unde ⁊ a grecis nardostacos est appellata. Huius alia indica alia syriaca vocatur. non ꝙ in syria nascatur. sed ꝙ alio latere indiam Altero syriam spectet. mons in quo inuenitur. Idem Nardum iudicum est multiforme sed melius siriacum leue. fulicū comosum spica paruum. odoratissimum. cyperum similans Quod si multum in ore tardauerit linguam siccat. Nardum celticum de quo supra dictum a regione gallie nomē traxit. nascit̄ em̄ sepi⁹ in ligurie alpib⁹. ⁊ ī syria frutice ꝑuo radicib⁹ ī manipl'os collectis ligamētis flos ei⁹ tm̄ ꝓpter bonum odorem accipit̄. tyrsi ei⁹ ⁊ radicle vsibus

nostris vtiles probãtur. Platearius Spicanardi ca. in primo g̃du ⁊ sic: in secũdo. Eligenda est illa que suauiter r̃dolet. que in gustu est acuta. aliquantulum subamara habens aliquid ponticitatis in carne rufa. Cum autem in medicinis ponit̃ abiciendum est quoddam album quod interius est, ⁊ quoddam nigrum quod est exterius. Spicanardi que nigra est vel terrea non debet poni in medicinis. Habet aũt virtutem confortatiuam ex aromaticitate ⁊ ponticitate. ⁊ diureticam ex qualitatib⁹ suis ⁊ amaritudine. Per. x. annos seruari potest in loco sicco ⁊ non humecto Actor ex glosis. Nardus est herba humilis. calens ⁊ redolens de qua fit vngnentũ preciosum: maxime quãdo non solum de radice sed de spicis ⁊ folijs cõficitur nec alijs herbis adulteratur: Tunc enim pisticum id est fidelis dicitur:

Operationes.

A Platearius. Contra sincopim ⁊ cardiacam passionem limphatur vinũ paciẽtis ex aqua rosacea decoctionis eius vel ex tali aqua addito zuccaro fit syrupus:

B Contra debilitatem cerebri applicatur naribus. Contra frigidum reuma: puluis eius in oleo decoquit̃. ⁊ cum digito naribus imponitur Tale oleum multũ confert contra surditatem ex frigido stõacho. ⁊ contra putredinem auriũ post apostemata: C Contra frigiditatem stomachi ⁊ indigestionem ⁊ opilationẽ splenis ⁊ epatis ex frigido humore. valz vinũ decoctionis eius: Contra putredinem gĩgiuarum puluis eius supponitur valz ad matricem mundificandam ⁊ conceptum adiuuandum: D Oleum fit ex spica nardi. quod est optimũ contra paralisim epilentiam: artheticam et podagrã. sumptum per os vel inunctum fit autem preciosissimum: vt dicit dyas: hoc modo. Accipiunt. l. libras spicenardi ⁊ ponũt in olla cuius os bene obturant. aliam ollã in terra infodiunt: ⁊ a fũdo superioris olle decendit calamus ad inferiorem ollam. circa superiorem faciunt ignem. qui exoluit deinde effluit oleum per calamũ in inferiorem. Et ex. l. libris non fiunt nisi. v. l. vj vncie. Quidam vero puluerem spicenardi dimittunt in oleo ꝑ. xx. dies postea buliunt. ⁊ bene colant ac reseruant. E Constantinus in libro graduum. Spica epar stomachumq; confortat. quia dolorem ab eis amputat. Eius apozima bibitum renes ⁊ vesicam ab omni sordicie mũdat. Urinam ⁊ menstrua prouocat: F Albertus in libro de natura reꝝ: Spica ycteritiam ex opilatõne fellis ⁊ epatis curat. Humoribus a capite ad pectus et stomachum descendentibus resistit: Ventositatem intestinorum amputat. Mulieribusq; supposita sanguinis fluxum ꝯstringit: Super impetigines fricata eas omĩno mundificat Cum aqua frigida potata abhominatõez ⁊ cordis tremorẽ tollit Cum sapa bibita libidinem augmentat. Cum vino propinata contra morsus scorpionis atq; serpentis valet: Collirium ex ea factum humiditatem salsi flegmatis desiccat. Pilosq; palpebrarum confortat G Dyascorides. Nardus est herba spicosa Huius genera duo sunt. scilicz Indicum ⁊ syriacum. Montis enim in quo nascitur vna pars in Indiam porrigitur Altera in syriam spectat. In illa que syriam respicit inuenit̃ nardus lenis ac rufa multis capillis illigata. suauem habens odorem vt cyperum: ⁊ spicam breuem Que ĩ ore missa suauitatem habet cum amaritudine. si vero in ore diu citius teneatur linguam siccat: Ex parte autem Indie. nardus inuenitur sine virtute generans spicam oblongam ac multum spissam: ac ex vna radice multos ramos generans in circuitu. non vtiles in odore In acumine vero eiusdem montis quo aqua non infestatur. vtilior odore nascitur. folijs cypro similibus. Alia quoq; inuenitur apud syrios. spicam habens oblongã: subalbidaz ⁊ fruticẽ maiorẽ cũ odore nõ valde suaui.

Omnium autem predictarū virtus vnctu alis est: Calefaciunt mediocriter. et desic cant habundanter. ℔ Auicenna Spice species vna est aromatica. z est al bum spica Altera vero neriden z spica ro mana. z alithicia debilior est inda; syreni virtute prima. Arbor eius parua est. que cum luto suo euellitur. z quandoqz plāta sibi simili adulterat. Sed iter eos discer nitur quia plāta illa horribilis odoris in uenitur ℑ Est preterea quedam mō tana cuius sunt vt croci ormlani folia. z si militer eius stipites: sed citrini sunt z pla ni non in modum rhetis involuti. Duas vel plures habet radices; sed crus non hz nec fructum nec florem. Melior est illa cu ius pili sunt plures ad rubedinē declinās boni odoris vt ciperi. sua spica linguam mordicās. Et hec est syra que multos effe ctos habet in medicina. La. est in primo sic. in. ij. Est aperitiua resolutiua.

La. cccc l.

Spinachia: Pandecta capī. de liij: Spinachia latīe. grece. aspenach: Serapī. li. aggre. capō. aspenach Aspenach sunt fri. in fine primi gradus

Operationes.

A Serapī. Spinachia leniunt ventrez z conferunt dolori pectoris z pulmonis q fiunt a colera z sanguine: Nutrimentum eorum est melius nutrimento attriplicis z opatio eoz. pe opatōnem eius. z sunt le nificatiua: ℔ Et ipius nutrimentū melius est nutrimento crisolo canne. Et i ipsis est virtus abstersiua lauatiua. z vin cunt coleram. Et fortasse restrin gunt stercus a iure eorum. ergo auferant a iure suo. Et si comedantur conferūt an helitui. z pectori. z pulmoni calide. z con fert doloribus dorsi consanguineis. Et ē lenificatiua ventris.





Ca.cccc lj.

Spina. Ysidorus libro ethimologiarum Spina in egipto celebratur circa thebas dūtaxat nigra. Quoniam incorrupta etiam in aquis durat. et ob id vtilissima nauium costis. Candida facile putrescit Aculeus spinarum. et in folijs Semen in siliquis coria perficiunt galle vice. Flos ⁊ coronis iocūdus. ⁊ medicamentis vtilis. Manat ⁊ gūmi ex ea sz precipua vtilitas ꝙ cesa tercio āno resurgat. Arestotiles libro de vegetabilibus: Spine non sunt de genere nec natura plāte. sed humor ⁊ frigus ascendit. ⁊ cum eis parua decoctio illudqz coagulat sol. et ex illo sunt spine. fitqz forma piramidalis in spina quoniam aer cum elongatus fuerit ab aliqua planta augētur partes eius cū extensione materie. Plinius libro duodecimo. In india est spina sed deprehensa in lucernis igne protinus transiliente India fert in spinis similitudinem piperis: amaritudine precipua. folijs paruis densisqz. cipri modo: ramis cubitorum trium cortice pallido. radice lata et lignosa buxei coloris. Hac in aqua cum semine excepta. in ereo vase medicamētum efficitur quod litione vocatur. Eadem spina et in pelio monte nascitur. qua medicamētum adulteratur. Gens Indis cōtermina vocatur ariana. cuius spina lacrimarum est preciosa mirre similis: accessu ꝓpter aculeos anxio lauri folia. Ibidem spina esse tradita est. Cuius liquor aspersus oculis cecitatem om̄ibus animalibus infert. In egipto nascitur aspalachros spina candida: magnitudīe arboris modice. flore rose. Radix eius vnguentis expetitur. Aradunt in quocunqz frutice curuetur arcus celestis. eandem quecūqz sit aspalatri suauitatem odoris emittere. sed In aspalatro inenarrabilem quandam existere: Huius probatio est in colore rufo vel igneo. Tactuqz spisso ⁊ odore castoreo. Idem libro tridecimo: In egipto celebratur spina dumtaxat nigra: quoniam in aquis durat ⁊ incorrupta manet. Et ob id nauium costis vtilissima Candida vero facile putrescit. Manat ⁊ gummi ex ea. ꝛc. vt supra. Nec obmittendum est etiam ꝙ in babilone seritur in spinis. quoniam non alibi viuit. ⁊ est sicut viscum in arboribus: sed illō in spina tantum: que regia vocatur. Mirumqz ꝙ eadem die germinat quod iniectum est: Inicitur autem ipso canis ortu. Et arborem celerrime occupat Vinum ex ea condiunt. ⁊ ideo seritur Spina hec nascitur: ⁊ arbenis etiam longis muris Idē libro decimoseptimo. In calabria est spina siluestris. que per incisionē vtiliter mixtos ⁊ sorbos recipit.

Operationes.

A Auicenna. Spina alba frigida est ⁊ sicca in primo. Confert mollificatōni stomachi. Decoctio eius cōfert instrumētis iuncturarum ⁊ podagre: Spina iudaica calida est subtiliatiua resolutiua. Cōfert Alcuzet ⁊ sputo sanguinis: Ex eius decoctione colluitur os ad dolorem molarum Spina egipciaca frigida in primo. sicca in secūda: B Exiccatiua est ⁊ catarros abscindens. Confert apostematibus gutturis ⁊ stomachi: Radix eius ⁊ prope semen eius vehementis sunt consolidatōnis. C Idem in eodem Zedeguaro est spina alba que spinas habet simlēs folijs amomi. sed subtiliores ⁊ albiores: florem purpureum: semen rotundū: Stipes eius quandoqz peruenit ad duos cubitos D In ip̄a est retentō fluxus sanguinis confert ap̄atibus flegmatis ⁊ spasmo: et sputo sanguīs. solutōi antique: Febribus flegticis lōgis: ⁊ om̄ibus febrib⁹ antiqs. debilitati q̄z stōi: ⁊ ap̄it opilatōes Masticata ⁊ posita super puncturam scorpiōis Attrahit venenum. E Semen eius bibitum confert morsure venenosorum reptilium. Collutio oris ex eius succo facta sedat dolorem dentium Radix eius est infrigidatiua ⁊ exiccatiua cum resolutione quadam. F Pli. li. xxiiij. Spina ara

bica spissat stringitq; distillationes om̄s et sanguinis excreationes. mensiūq; abū dantiam. etiam nunc radice valentior. Spine albe semen contra scorpiones auxiliatur. G ¶ Corona ex ea imposita capitis dolorem minuit: Huic similis est spīa illa q̄ greci achantō dicūt minoribꝰ multo folijs aculeatis ꝑ extremitatē. ⁊ araneosa lanugine obductis. Qua collecta etiam vestes quedā in oriente fiunt. sil̄es bombicinis. Ipsaq; folia vel radices ad r̄media bibunt̄. H ¶ Est ⁊ alia quam nos rubeam dicimus. qua lane tingūtur: pellesq; ꝑficiunt̄. In medicina vrinā cit. morbumq; regium sanat. ⁊ ischiaticos ac paraliticos Radix semēq; menses trahūt alvum sistunt. ⁊ collectiones discutiunt I ¶ Contra serpētes rami cum folijs imponuntur. folia eius capillum inficiūt. Est ⁊ paliurus genꝰ spine. K ¶ Actor de achanto ⁊ rubea ⁊ paliuro supius diximus Inter quas nimiꝝ pōit eas ysidorꝰ



¶ Ca. cccc lij.

Squinantum: Pandecta cap̄. xvij. Adcher arabice: grece squinum: latine squinantum. Squinantum dr̄ palea cameloꝝ quia cameli eam comedunt. Est em̄ calide ⁊ sicce complexionis in primo gradu. ⁊ repitur in affrica: ⁊ in apulia. per decenniū seruatur: Eligendū est quod subalbidum est. Si aūt inuenit̄ quoddam duꝝ sicut lignū circa stipitem. abijciatur. ⁊ stipes eius est similis stipiti cipri. Gyasco. ca. de squino. Squini duo sunt genera: Unū oxischinos appellatur quia acutū semen habet. alteꝝ veꝝ semen habet nigrum rotundum ⁊ grossius p̄dicto. et est forte tercium genꝰ squini paulo grossius sup̄dictis. q̄ creticus siue olosq̄nus. Sera. li: aggre. cap̄: adcher Adcher id est squinantum. ⁊ est herba hn̄s radices sub terra ⁊ ramos subtiles ⁊ est sicut radix culem. nisi quia est latior. ⁊ habz fructum fere similem floribus camarum: nisi quia est subtilior ⁊ minor. ⁊ nascit̄ in insulis ⁊ ī pratis. ⁊ fortasse ex eo repletur tota terra vbi nascit̄. ⁊ quando desiccat̄ fit album. Et idem aucto. Ysaac. Squinantum est herba palearis ⁊ habet ramulos subtiles duros. ī capitibus ramuloꝝ sunt spice pilose. ⁊ illi pili sunt flores eius. ⁊ hz bonum odorem. ⁊ vene corticis eius sunt nigre. ⁊ interius albe: ⁊ sapor eius est amarus. Et quod de ipso administrat̄ flores radices ⁊ folia. Galienus. Floris eius substantia non est longinqua a subtilitate. et in sapore eius est stipticitas pauca minor caliditate ipsius Et virtus ip̄ius est virtus que calefacit moderate ⁊ subtiliat. Item galienus. viij. sim: far. cap̄: squinantū. Squinātum calefacit moderate ⁊ stipticat moderatius adhuc et a subtilium partium substantia non alienum. Et idem Serap̄ auctoritate Gyascoridis. Melius ex eo ē nouum ī quo est rubedo plurium florum Et quando scinditur apparet in eo color purpureus et est subtile ⁊ in odore suaue:

Et quando defert̃ in manibus habz odorem bonum. ⁊ quando masticatur mordicat linguam. ⁊ pungit punctione pauca. ⁊ quod in vsu venit ex eo est flos eius. ⁊ cãne radicis ip̃ius. Auicenna auctoritate Dyascoridis: Squinantum est duaꝝ specierum. Una earum est que non habet fructum nigrum ⁊ habz folia sicut cauda eq̃na. Et idem opinione propria Squinantum ex eo aliud est arabicum ⁊ boni odoris. ⁊ aliud est aginum quod est minutũ ⁊ est durius ⁊ est grossum ⁊ est terreum ⁊ nõ habz odorem: Melius ex eo est arabicum rubeum fortioris odoris. sed illud q̃d est supra ipsum ad aliquãtulam declinat rubedinem. ⁊ cum scinditur fit purpureum mordicans linguam ⁊ adurens eam. sua acuitate. ⁊ in aginio est v̄tꝰ infrigidatĩa ⁊ eius radix est vehementioris stipticitatis. ⁊ eius flos calefacit parum. ⁊ eius stipticitas est minor calefactõe ip̃ius. et est aliud arabicum. Sed in sua natura est calida ⁊ sicca in secundo gradu:

Operationes.

A Dyasco. Squinantum in vino decoctum ⁊ cathaplasmatum pudendis menstrua educit. Stranguiriam ⁊ dissurriam soluit. B Serap̃. Squinantum prouocat vrinam ⁊ menstrua q̃n bibitur. aut fit ex eo emplastrum ⁊ confert apostematibus epatis ⁊ stomachi: Sed radicis eiꝰ stipticitas est amplior stipticitate floris. ⁊ caliditas est minor caliditate ipsius. et propter istam stipticitatem accidit q̃ administratur ad fluxum sanguinis. C Dyascorides capl'o de squinanto: Flos eius est stipticus stipticitate pauca. calefactiuus: maturatiuus. mollificatiuꝰ. frãgens lapidem. aperitiuus orifitiorum venarum: Prouocatiuus vrine ⁊ menstruorum. ⁊ resoluit inflatõnes: et inducit grauedinem capitis. et confert sputo sanguinis. ⁊ dolori stomachi. ⁊ confert pulmoni ⁊ renibus: Et miscetur in confectõnibus medicinaꝝ multarum: D Et radix eius est stiptica. et propterea datur ex ea pondus aurei. j. cũ tantum dẽ piperis aliquot diebus habentibus nauseã et ydropicis. ⁊ habentibus conquassationem in neruis. ⁊ decoctio eius confert apostematibus matricis q̃n fit sessio in ea. Et oleũ squinanti confert om̃ibus speciebus pruritus. ⁊ illi qui est ĩ animalibus. ⁊ expellit lassitudinem. ⁊ est cõueniens ad albaras E Gal'. Squinantum est vrinatiuũ et menstruoꝝ eductiuũ potatõibus sumptũ Iuuat autẽ ad eos q̃ secundũ epar ⁊ stõm ⁊ ventrẽ flegmones. Est ãt radix eius magis stiptica q̃ flos. sed flos calidior. In om̃ibus v̄o ꝑtibus eius. alijs q̃dẽ magis alijs aũt minus apparet q̃dam gustantibꝰ stipticitas ꝓpter q̃ ⁊ farmacis q̃ emoptoicis fiunt misceť. F Auicenna. Squinantum in eo est stipticitas. q̃ ꝓpter ꝯfert eius flos fluxui sanguinis vndecunq; fit. Et in eius oleo sunt resolutõ ⁊ attractõ. ſz eius radix est fortior in hoc. ⁊ ꝯstringit naturam. ⁊ in ip̃o sunt digestio ⁊ lenificatio ⁊ orifitia venaꝝ aperit. ⁊ sedat dolores intrinsecos. ⁊ ꝓpe in matrice. ⁊ resoluit vẽtositates: G Eius oleum cõfert pruritui. ⁊ eius decoctõ confert ap̃atibus calidis. ⁊ duriciebus intrinsecis. bibitum et suppositum ꝓ emplastro ⁊ decoctũ. ⁊ apostematibus frigidis in visceribus. ⁊ ꝯfert lacertis conquassatis. H Et confert spasmo cum ex hoc bibit̃ q̃rta ꝑs aurei cũ pipe. ⁊ ip̃m remouet lassitudinem. et grauat caput. ⁊ ꝓpe illud q̃d est ex eo aginum Sz minutũ eius facit sodã. ⁊ grossioris semen facit dormire ⁊ stupefacit I Et totum ip̃ius ꝯfortat carnem rubeam: que est inter gingiuas. ⁊ desiccat humiditates ip̃arum. ⁊ eius flos purgat caput. ⁊ squinantum ꝯfert dolori pulmonis. ⁊ eius flos confert sputo sanguinis. K Et radix eius confortat stomachum ⁊ appetitum ⁊ sedat nauseã accepto aureo ex eo ꝓprie cum pondere sui ⁊ pipe. ⁊ ip̃ius flos sedat dolores stõi. ⁊ ꝯfert ap̃atibꝰ eius ⁊ ap̃atibꝰ epatis. L Et sq̃nantũ ꝯfert doloribus matricis: et eucatisma. ex decoctõ eeius apostematibus matricis cali

dis cum distillatur in eā. aut vaporat̄ cū aqua eius: ⁊ frāgit lapidem, ⁊ stringit naturam. proprie quod ex eo est aginum Et abscindit fluxum sanguinis matricis et proprie eius flos. M ¶ Et confert doloribus r̄num ⁊ fluxui sanguinis ip̄orum Et cum bibitur ex radice eius aureus cū pipere confert ydropisi. ⁊ ip̄ius flos confert apostematibus ani. Species ei⁹ grossa cum ex folijs recentibus que sunt iuxta radicem fit emplastrum. est iuuatiua morsure venenosorum. N ¶ Platearius Squinantum dicitur palea camelorum. quoniam eo cameli nutriuntur. Est autez in tercio gradu calida ⁊ sicca. In affrica ⁊ Arabia r̄peritue per decem annos ꝑuatur O ¶ Eligendum est quantum albius inueniri potest ac molle Si autē quoddam durum ⁊ quasi ligneum circa stipitē repitur abijciat̄. Virtutem habet principaliter purgandi flegma. sicut polipodium ⁊ coloq̄ntida. Cū plateario ꝯcordant oēs alij dyas. videlicz ⁊ aui. Cōstan. ꝛc.



¶ Ca. cccc liij.

Strignos. Ysidorus li. ethimologiarum. Strignos latine salutaris herba dicitur gracia v̄tutum: Ex herbario: Strignos que ⁊ vna lupina dicta est frigide virtutis est. Folia eius sunt ozimi similia: nisi ꝙ maiora Caulem vero cum creuerit ad terram declinat. Semen habet inter folia ꝑ totos ramos interuallis modicis ordinatū folliculis. qui similes sūt vesicis In q̄b⁹ sunt bacce rubee: lenes rotūde multe ac minute frigidā. vim habent.

¶ Operationes.

A ¶ Ysidorus Strignos dolorē capitis ⁊ stomachi incendium mitigat, est em̄ frigida ⁊ retinens. vnde ⁊ succus eius ignez sacrum curat. Folia eius trita cum vīo potata. seminis lapsum constringunt. Eadē ⁊ vua lupina dr̄ eo ꝙ semen eius vue simile sit: B ¶ Platearius: Strignū idem est ꝙ solatrū vel morella de qua infra dicetur. C ¶ Ex herbario. Huius folia ꝑ cathaplasmate imposita ignem sacrum sedant. liuores abstergit: Dolorem capitis ⁊ ardorem stomachi cum oleo trita dissoluit: D ¶ Dolores aurium sanat. fluxum matricis cohibet. Laborez quoqz partus subleuat. Ad tumorem corporis: ⁊ ad dentium dolorem valet: Ad sanguinis quoqz fluxum de naribus restringendum. si quis eius succo lana intincta sibi nares obstruet. E ¶ Actor. Est etiam species quedam solatri que comeditur videlicet ortulana: de qua inferius dicet̄.



Ca.cccc liiij.

Squilla: Pādecta.cap̄.ccc:xj. haurifel arabice vel haulachach. Grece salla. latine v̄o squilla vel cepe muris: Squilla est herba habens folia satis maiora lilio. Et ex ei⁹ cepe magno q̄d est in eius radice fit acetum squilliticum ⁊ latini vocant cepe muris. quoniam īterfecit mures: Serap̄.li.aggre.ca: haurifel siue hasasel id est squilla auctoritate Gal' Uirtus eius est que calefacit calefactōne forti: et melius est ꝙ accipiat̄ cepe squille ⁊ assetur vel coquat̄: ⁊ postea administratur. ꝙ si fiet hoc minuet̄ fortitudo et acuitas sue virtutis. Et idem aucto: dyas: Hꝫ virtutem acutas: ⁊ quādo assatur ⁊ sumitur habet multa ⁊ maxima iuuamēta. Si ergo volumus eam assare oportet ꝙ īuoluatur in pasta vel in luto ⁊ ponatur in furno. aut sepeliatur in prunis donec coquatur pasta vel lutum deinde extrahat̄. ⁊ cōsideretur an sit bene cocta. ꝙ si non inuoluatur alia vice in pasta vel luto. vt prius Nam si non asseretur bene nocerꝫ accipienti ip̄am. ⁊ lederet membra interiora. Assatur autem alio modo Nam ponitur in olla ⁊ cooperitur pasta vel luto. ⁊ ponitur in atanor dōec coquatur bene. ⁊ oportet quando squilla fuerit bene decocta et accipiatur eius interius. ⁊ abijciatur cortex eius exterior. et sunt quidam abijcientes corticem eius ⁊ mediculū. ⁊ accipiunt illud quod est inter vtrunqꝫ. ⁊ quidam incidunt eam in frusta ⁊ ponunt eam in aq̄ ⁊ mutant aquam eius sepe donec vident ꝙ non remanet in ea amaritudo. ⁊ q̄dam incidunt in frusta ⁊ inserunt in filo lineo. ⁊ separant frusta a frusto. ne se cōiungāt ⁊ desiccant in sole. ⁊ illud quod est incisuꝫ ex ea ponitur in aceto ⁊ vino ⁊ oleo. sed illud quod est in eius medio coquitur ī olo ⁊ dissoluitur in ea resina pini: et valet ad multa. Sed aceti squillitici ſm Serapionem operatio est in hunc modum Accipiatur squilla alba ⁊ bene purgetur ⁊ inscindatur in frusta ⁊ inserantur frusta illa in filo lineo. ⁊ sit inter vtrūqꝫ frustum distātia ne se iungant ⁊ desiccentur in vmbra .xl. diebus. postea sumatur ex ea quātitas vnius manipuli ⁊ ponatur in vase ⁊ ꝓijciant̄ super eam .xij. kist aceti fortissimi ⁊ ponatur in sole .xl. diebus. sit autem vas coop̄tum ⁊ obturatum bene. post vero tempus extrahatur squilla ab aceto ⁊ exprimatur ⁊ abijciatur acetum ⁊ reponatur. Quidā accipiunt de squilla vnum mannes ⁊ proijciunt super eam aceti .v. kist. Quidam vero accipiunt squillam ⁊ mundant eam ⁊ non desiccant eam: Et quidam preparant proijcientes super vnum mannes ex ea acetum ⁊ dimittunt sex mensibus. et illud acetum squilliticum in hunc modum factum est magis incisiuum humorum grossorum q̄ aliquod aliud acetum vtilimum ad multa. Modus faciendi vinum squilliticum secundum eundem est iste. Accipiatur squilla sicut dixi supra ⁊ desic

cetur in sole ⁊ accipiatur ex ea quantitas vnius mannes ⁊ teratur ⁊ cribretur cum cribro tenui et ligetur cum panno lini raro: ⁊ ponatur pannus in .xx. kist vini dulcis noui: scz musti ⁊ dimittatur sic ĩtus tribus mẽsibus. deinde coletur vinum ⁊ pone in alio vase ⁊ seruetur. postq̃ obturatũ est caput vasis bene. Et fit ex squilla humida in hunc modum. Accipiatur ex ea cruda recenti sicut est. et accipiatur ex ea duplum eius quod acciperet̃ ex sicca: ⁊ proijciatur super ipsam mustum ⁊ ponatur ĩ sole quadraginta diebus ⁊ coletur ⁊ r̃ponatur. ⁊ hoc tale quanto fuerit antiquius tanto melius. Etiam fit vinum squilliticum alio modo. Nam accipitur squilla ⁊ mundatur ⁊ inciditur. ⁊ accipiũtur ex ea mannes tres. ⁊ proijcitur super ea de bono musto amphora vna et dimittitur sex mensibus postea colatur ⁊ r̃ponit̃ ĩ vase.

Operationes.

A Johannes mesue capittulo de squilla. Squilla sicut dicit Galienus Iuuam̃tum est duplex. Solutione em̃ educit materias ⁊ parat ad soluendum. ⁊ melior est habens ꝑtem. sola enim ꝑm Galienum est venenosa: ⁊ adhuc melior est que saporem habet cõpositum ex dulcedine ⁊ acredine ⁊ acuitate ⁊ amaritudine. et que habet splendorem in laminis suis. et que nascitur in locis liberis. Orta enim in locis ternarum aut orta singularis est mala: Calida est in tercio gradu sicca in ipso.

B Est enim composita ex partibus igneis in superficie dantibus ei acuitatis vehementiam: et ex partibus terreis adustis dantibus ei amaritudinem. et ex partibus aereis mediocribus dantibus ei de dulcedine aliquid. Est enim incisiua. vlceratiua. adustiua. resolutiua materierũ. attractiua ad exteriora: subtiliatiua partium grossarum ⁊ viscosarum adherentium: conseruatiua a putredine Rectificatio: assatio acquirit ei facilitatem in soluẽdo: ⁊ preparatio ipsius cum aceto potest materias grossas adherentes et submersas facile expellere. C Modus autem preparationis eius in elixatione est secundum hunc modum. Accipiunt̃ lamina ipsius et separatim inuoluuntur in pasta ⁊ sepelitur in cinere calido. ⁊ coq̃tur sufficienter. ⁊ extrahitur ex pasta. ⁊ administratur vbi oportet. D Modus autem assationis ipsius ponat̃ ĩ vase luteo vitreato stricti orificij. et sigilletur ligatione forti cum pergameno ⁊ dimittatur diebus quadraginta. ⁊ proprie diebus maioris estus: ⁊ moueatur vas et mutetur vicissim omni hora. ita q̃ equaliter in singulis partibus calefiat. Deinde extrahatur squilla et administretur vbi oportet. Et quãdoq̃ miscetur ei post assationem tantum de farine orobi quantum ipsa est. et fiunt inde trocisci et seruantur vbi oportet E Modus autem operationis aceti squillitici secundum q̃ Galienus narrauit. Accipiatur ex laminis eius ⁊ proprie que sunt inter corticem ⁊ cor ipsius quantitas quam volueris: et consue separatim cum filo. et dimitte siccari in vmbra per quadraginta dies post hoc comminue ipsas in frusta et pone ad oẽm librã eiꝰ aceti boni ⁊ albi libras .vj: ⁊ pone in vase vitreo stricti orificij. ⁊ stringe caput eius: et dimitte in sole per alios quadraginta dies. ⁊ post illud cola et administretur vbi oportet. Et si necessitas vrgeret festinare. sepeliatur vas in cinere calido vel arena calida cum successione. non r̃pente sed proprie inter horam ⁊ horam. F Et dixit Paulus Lamine eius ponantur sicut sunt in aceto a p̃ncipio veris vsq̃ ad finem estatis in vase vitreo sigillato exposito soli. et post illud administretur vbi oportet. Et scire debes q̃ squilla de decoctione substinet rem mediocrem. G Auicenna libro secundo: Capittulo de squilla: Squilla

est cepe muris cuius folia sunt sicut folia lilij. ⁊ habet oleum ad nigredinem declinans est calida ⁊ sicca in secundo gradu. ⁊ est incisiuum. ⁊ in ipo viscositas adusti ua est. ℞ Serapion. Illud quod est in medio squille coquitur in olo ⁊ dissoluitur in ea resina pini et ponitur ī scissuris que fiunt in pedibus propter frigus ⁊ curat eas. et coquitur cum aceto et fit ex ea emplastrum ad morsum tyri. Et administratur squilla assata in plurimis confectionibus. ⁊ in illis in quibus ingrediuntur species aromatice. ⁊ datur ex ea in potu quando volumus prouocare vrinam. ⁊ in idropisi. ⁊ datur illi qui conqueritur de stomacho ⁊ in cibis natat in eo ⁊ non digeritur. et datur ad tortiones ventris. ⁊ ad tussim antiquaz ⁊ ad asma ⁊ ad extrahendum saniem a pectore. ⁊ pectus mundificat a grossis humoribus. et sufficit ex ea pondus trium onolosac et admixto melle cocto et facto inde lohoc comeditur. ⁊ conuenit ad omnia que diximus ⁊ purgat optīe ventrē a chimis ḡssis viscosis. oportet tamen cauere ab ea illos quibus vlcera vel excoriationes seu vulnera in membris intrinsecis sunt Et quando assantur ⁊ liniūtur cum ea verruce que dicitur acdas ⁊ bocdas ⁊ claui ⁊ scissure que fiunt propter frigus conuenit eis. sed semen eius quādo teritur ⁊ ponitur in ficu sicca aut admiscetur cum melle ⁊ comeditur mollit ventrem ℣ Et quando squilla suspenditur integra super limē hostij domus prohibet animalia venenosa ⁊ nociua a domo illa. Sed aceti squillitici quando fit collutio oris cū eo restringit gingiuas laxas. et confirmat dentes commotos. ⁊ aufert putredinem ⁊ fetorē oris. ℟ Et quando sumitur in potu indurat tracheā. arteriam. ⁊ ingrossat eam. ⁊ administratur ad debilitatem stomachi. et ad maliciam digestionis et oppilationes eius. ⁊ ad melancoliam. et apoplexiam ⁊ epylentiam. ⁊ frangit lapidem vesice. ℥ Et conuenit suffocationibus matricis ⁊ apostematibus splenis. et ad sciaticam. ⁊ fortificat cor debile. ⁊ restituit ei sanitatem. ⁊ meliorat colorem ⁊ acuit visum. ⁊ proijcitur in aurez ⁊ conuenit grauitati auditus. Et vniuersaliter est conueniens omnibus egritudinibus corporis preterq̄ vlceribus intrinsecis. Et oportet q̄ detur in potu in ieiunio. ⁊ detur primo parum ex eo. Deinde augeatur in dosi eius paulatim donec perueniat ad duos conos. ⁊ plus Vinum squillitticum conuenit malicie digestōis. ⁊ eructuationi cibi et flegmati grosso q̄d est in stomacho ⁊ intestinis. et dolori splenis. ⁊ sciatice ⁊ commotioni cerebri ⁊ malis habitudinibus que preparāt ad idropisim. ℳ Et conuenit yctericie ⁊ stranguirie. ⁊ corrosionibus et inflationibus ⁊ rugitibus ⁊ paralisi ⁊ opilationibus. ⁊ rigoribus febrium antiquarum. ⁊ attritioni lacertorum ⁊ dolori laterum. ⁊ prouocat menstrua. ⁊ nocumentum q̄d infert nervis est modicum. ℳ Et est contrarium venenis. Fit autē squilla humida sic. Accipitur ex ea recenti cruda quantum vis duplum tamen. ⁊ ad hoc quod acciperetur ex sicca. ⁊ infundatur sicut infunditur rapa. ⁊ fundatur sup ipm mustum et ponatur in sole. quadraginta diebus ⁊ coletur. ⁊ colatura reponatur. hoc autem quanto fuerit antiquius tāto melio. Fit etiam vinum squillitticum hoc modo. Accipitur squilla et mundatur. et incidatur ⁊ accipiē ex ea vsq; ad tres mannes. Et proijcitur super ipsam ex bono musto ytalie amphora vna. et dimittitur sex mensibus ⁊ postea colatur ⁊ ponitur in vase ℳ Et confert hoc vinū ad ea que supradicta sunt. ⁊ melius vinū squillitticum est illud quod est antiquum. et oportet q̄ caueatur potus eius in febribus. ⁊ quando in membris interioribus sunt vlcera. ℘ Johannes de sue. Solutione educit humores grossos viscosos. Et dixit Haly cum hoc etiam educit coleram nigram. et cum hoc iuuamentum magnum est ad egritudines capitis sicut est cephalia ⁊ epilentia. ⁊ prie

secundum omnem modum administrati onis eius. z vertigo z scotomia: et oximel eius ponit materias viscosas facile ad ex pellēdum z subtiliat chimorum grossitu dinem ℞ Et ipsa quidem secū dū oēm modū administrationis eius con venit iuuamento magno egritudinibus iuncturarum. z est medicina bōa pulmo nis z pectoris. z egritudinum in eis. Et proprie electuarium ex succo eius z melle sumptum lambendo. clarificat vocem. et similiter oximel eius z acetum ipius est ex medicinis bonis spleni z grossitiei eius: z est ex rebus preseruantibus corpus a pu trefactōne z seruantibus ipsum in sanita te sua z acquirit vsus eius maciem corpo ri z conseruat in iuuentute: ℞ Et acetum eius desiccat. z confirmat gin giuam laxam z putridam. z confirmat dē tes motos collutio ex ea: z similiter potus eius est medicina magna fetori oris faci ens ipsum odoriferum. et sanat dolorem stomachi. z adiuuat ad digestionem. Et vsus eius secundum omnem modum ad ministrationis eius confortat corpus cui accidit laxitudo z mollificatio. z colorem efficit bonū. ℞ Dosis potio aceti eius a. ʒ: v. vsqz ad. ʒij. Et oximel eius ab aureis vj. vsqz ad. ℥. j. et trocisci eius a. ʒ. ij. vsqz ad. ʒiij. ℨ Auicenna. Oleum eius confectum cum melle ponitur super alopitiam z serpiginem. Eius acetum ex asperat guttur z indurat carnem ipius. z est bonū asmati z oresmoni. z tussi antiq·



Ca. cccc lv.

Platrum. Pandecta. cap. ccc. xxv Hames arabice vel hupue. phata halep grece strignum vel cuculus vel morella. latine vero solatrum vel vua vulpis. Serapion libro aggre. capitulo hames auctoritate Diascoridis. Hames id est vua vulpis z est solatrum. Sūt eius quatuor species. Una comeditur. alie vo non. sed illa que cōmeditur est domestica z est herba non magna habens plurimos ramos z folia nīg. similia folijs bedarog id est ozimi. sed maiora z latiora. z habet semen rotundum. cuius color est viridis: z niger. sed quando maturatur fit rubeus z quādo frangitur inuenitur in eo multa humiditas. z granula que sunt semina ei⁹ Idem auc. Gal. Virtus eius est fri. i. ij gradu et non est humida. sed est medis inter medicinas que humectant z que de siccant. et ipm est compositū ex vtribus

contrarijs. scz humida ⁊ sicca: ⁊ hoc quia in eo sunt due substātie. scz terrea et aquosa. Est aliud solatrum quod dicit̄ alkekēgi: de quo superius dixi in cap̄. xvij de A. Gal'. viij: sim. far. cap̄. de strigno secūdū translationem arabicam Strignum. i. solatrum somniferum: Virtus solatri somniferi est q̄ est fri. in. iij. gradu. ⁊ facit dormire: ⁊ habet proprietatem similem opij nisi quia est debilior eo. Et idem Sera. Est alia species solatri que dicitur solatr̄ maniale: et est illud quod dicitur furiale eo q̄ facit furiositatem seu maniam. ⁊ est planta habens folia similia folijs eruce. nisi quia sunt minora eis ⁊ spinosa que dicitur caradis. ⁊ habet virgas lōgas egredientes ab eius radice. x. aut. xij. Et longitudo eius est duor̄ brachior̄: ⁊ in summitatibus eor̄ sunt capitella similia oliuis: nisi quia sunt super capitella sicut pili ad modum arboris dulb. et sunt minora oliuis ⁊ altiora: ⁊ flos ei⁹ est niger. ⁊ post florem emittit velut racemum. x. aut. xij: grana habentem: ⁊ grana sunt rotunda mollia nigra in mollicie vue similia granis cussus: ⁊ habet radices grossas albas cōcarias quor̄ longitudo est vnius brachij. ⁊ nascitur locis montuosis. ⁊ inter arbores dulb.

Operationes.

A Serap̄: Quando fit emplastrū cum folijs solatri ⁊ zuccaram cōuenit formice ⁊ herisipile. ⁊ quando terunt̄ contritione forti ⁊ miscentur cum sale: ⁊ fit emplastrū cum eis resoluunt apostemata que fiunt in radice auris. Et quando succus eius miscetur cum cerusa ⁊ litargiro ⁊ oleo rosarum: ⁊ mutatur hora post horam. cōuenit apostematibus calidis que fiunt in cerebro ⁊ capite infantium B Et miscetur succ⁹ eius syef quod sumitur ad cursum humiditatum currentium ad oculū loco aque ⁊ loco albuginis: C Et quando distillatur in aurem cōuenit dolori eius. et fit nascale cum eo. et conuenit cursui humiditatum matricis: D Galienus libro: ij: de cibis. capl'o de Solatro olerum nullum noui habens tātam stipticitatem quantum morella. ergo merito vt alimento quidem ipso raro vt medicina autem continue vtimur efficax em̄ est ad quecūq; est oportunitas infrigidationis ⁊ stipticitatis: Alimentum āt paucissimum habet. E Et idem Virtus solatri somniferi est que facit dormire. Et quando accipitur de cortice radicis eius aureus vnus: ⁊ bibitur cum vīo facit dormire leuiore somno q̄ gummi papaueris F Et succus eius prouocat vrinam p̄uocatione forti. ⁊ dātur ydropico ex semine eius grana: xij. ⁊ curatur. sed si plus dētur inducunt maniam. verum cui accidit hoc. si biberit mellicratum curatur: G Et cortex eius ingreditur in medicinis narcoticis. ⁊ quando coquitur vino. ⁊ decoctio eius tenetur in ore sanat dolorem dentium. ⁊ quando admiscetur succus radicis eius cum melle acuit visum H Serap̄: Virtus solatri manialis est. q̄ qñ bibitur ex radice eius. ʒ: j: inducit somnia non recta: sed aliena. Et quando bibunt̄ ex eo. ʒ. ij. inducunt furorem ⁊ velut ebrietatem tribus vel quatuor diebus: Et quādo bibuntur. ʒ. iiij. faciunt hoc idem. ⁊ eū occidunt. ⁊ cura eius est mellicratum: qñ bibitur ex eo quātitas plurima. ⁊ euomatur. ⁊ fiat hoc sepe: I Et idem auctoritate Mesehalach: Solatrum maniale est fri. ⁊ sic. in. iij: gradu. ⁊ est plus stipticū q̄ omnis alia herba. Extinguit calorem igneum. ⁊ fructus eius generat semper p̄ mixtionem sensus ideo oportet cauere ab eis: K Galienus. Virtus corticis eius fri. in fine tercij. ⁊ sic. in secundo p̄pe finem eius. Unde curat vlcera. Alie vō species non sunt alicuius iuuamenti recepte in terius. Ymo si quis biberit ex eo aureos quatuor morietur inde. ⁊ si bibat̄ minus inducit insaniam. Sed vnus aureus aliquando non nocet Sed sciendum vbi ista translatio dicit aureus in greca translatione inuenitur. ʒ: j. L Platearius Morella ⁊ strignum ⁊ solatrum idem est.

Estautez hec herba in .ij. gradu fri. z sic. ereciam aliquantulum diuretica. Decom solia z fructus est multe efficatie. exiccata modice. Virtutem habet infrigidādi cō tra splenis z epatis opilationem z maxie ictericiam. Contra apostemata in stoma cho vel in intestinis vel epate vatur succ eius cū aqua ordei. teste dyascoride. Pen na eadem succo intincta. epari frequēter supponēda est ꝓtra ei⁹ calefactōem.

Item contra podagram calidam. Vel etiam herba ipsius trita sepius est su perponenda. Cōtra calida quoq; aposte mata in principio ad repercussionez ma terici herba ipa superponitur trita.

Nomen. Herba quam greci strignū dixere latini Solatrum hic dicunt vis ei⁹ frigida valde. Dicitur auricule mire seda re dolorem. Illius succus si sensum fundi tur intus ꝛc.



Ca. ccccl vj.

Sorbes arbor est ferens sorbas.

Operationes.

Serapion libro aggregatoris cap. sorba. Virtus eius est que restringit ven trem fortiter Galienus. ij. li. de alimētis cap'lo de sorbis. Sorba z Nespi la stipticant quidem ambo. multo autem magis sorbis. nespila propter hoc influē ti ventri magis conferens edulium est. et palam quoniam talium omnium ꝓmede re parum conuenit. non vt ficuū aut vua rum copiose. Necq; enim vt alimento sed vt medicinis ipsis indigemus magis

Galienus. viij. sim. far. cap. de sor bis secundum translationē grecā. Adria id est sorba omnibus cognita est terrestrē substantiam diantem z possidz modico subtili participat ei mixto: Et di cit eodem libro capitulo quod incipit: Mis. i. arbor sorbe cuius fructus vocatur a multis oya cum y littera stiptica partici pat qualitate. sed debiliori nespilo multū quo circa z dulce est cum cōmeditur. z mi nus nespilo est ventris constipatiuus:

Palladius. Mense ianuario. febru ario z marcio locis frigidis. calidis vero octobri z nouembri. sorba serunt egregie ita vt matura i seminario ipa poma pan gantur. Ego expert⁹ sum multas arbores ex pomis sponte progenitas. z i crescendo z inferēdo extitisse felices: plā tas etiam si quis ponē voluerit. habebit arbitrium dūmodo calidis locis mēse no uembri. temperatis ianuario vel februa rio. frigidis marcio inclinantem dispōat Amat sorbos loca humida montana. fri gidis proxima solum pinguissimū. cuius indicium certissimum si frequēs vbicūq; nascatur. Item mense aprili sor ba inseruntur in se. in cidonio. in spina al ba. vel trunco vel cortice.



Ca.cccclvij.

Soldanella. Pandecta. cap̄. cxlvij Chachille arabice. grece azar: latine vero soldana vel soldanella. Serap̄: li: aggre: cap̄. chachille est herba similis vsnen. nisi quia est maior: et hōies quidem ꝯmedunt eam cum ficubus sicut ꝯmedunt̄ olera alia, ⁊ folia eius assimilātur foliis nasturcij: ⁊ ip̄a est amplioris humiditatis q̄ cicera ⁊ magis aquosa.

Operationes.

A Serapion aucto. Habix. Chachille id est soldanella oritur in sterquilinijs. et est herba similis vsuen. ⁊ non est vsnen: et est in ea aliqua caliditas ꝓpter suam salsedinem. ⁊ eius salsedo est salsedinis baurach. B Et habet proprietatem laxandi aquam citrinam cum bibitur ex ea aqua eius et non oportet q̄ bulliat super ignem: quia amitteret virtutem. sed det̄ in potu de eius succo sine ebullitione: Et quantitas que datur de ea est ab vna tercia libra vsq̄ ad duas partes libre cum. ʒ x. zuccari albi aut rubei fortis rubedinis: quod est. quia rubeum cum lebleb: id est volubilis ⁊ cum fumo terre. ⁊ cū chachille fortioris virtutis est q̄ album: C Et idem auctoritate Ysaac benaram. Cachille est herba similis cicute in operatōe sua. ⁊ est calida ⁊ sicca. cuius ꝓpetas est q̄ aufert eructuatōes corruptas. et aq̄ eius purgat aquā citrinā. et confert tumoribꝰ ventris. ⁊ debilitati epatis. ⁊ est ꝯueniēs nutrimento. ⁊ habet opationem in stomacho ꝓpter viscositatem paucam que est ī ea. D Et idem aucto. Aben mesuay Propetas est laxare aq̄ citrinam subito: ⁊ dosis eiꝰ est a q̄tuor ꝑtibus lb̄ vsq̄ ad ꝑtes duas absq̄ q̄ bulliat: E Et idez aucto. Rasis. Soldanella purgat aquaz citrinam ⁊ prouocat vrinam.



Ca.cccclviij.

Scolopēdria Ysi. Scolopēdras dr̄ eo q̄ folia eiꝰ scolopēdro aīali sil'ia sūt. nascit̄ in petris hūidis: ⁊ caulē nec semen nec florē hz. folia eiꝰ a sup̄ficie. viridia sunt subter ruffa ⁊ lanosa.

Operationes.

A Idem Ysidorus: Splen curat Vñ ⁊ splenos dicitur: B Actor. Scolopēdria ſm phiſicos ipa eſt que vulgo lingua ceruina dicitur C Raſi in Almāſore Saculuſuudirion: i. ſcolopendria calida eſt: ſpleni groſſo et ſtranguirie ac lapidi remedium affert D Auicenna. Scolopendria ca. eſt in pmo ſic. in. ij. ſubtilis reſolutiua: Confert ſpleni magnifice: Cōfert etiam ſingultui ⁊ yctericie. frangit lapidem in renibus ⁊ veſica. ⁊ dicit̄ ꝙ ipſa eſt herba petroſa que naſcitur in locis fōtium. E Quidam aūt dixerunt ꝙ eſt ſpēs ſquille. Item vtus ſcolopēdrie habz eādem vtutem cum cetarach. quare lege capittulum: c x. de C.



Ca. cccc lix.

Scrophularia. Pandecta: Scrofularia. Caſtrangula Strangularia idem. Paulus ca. de ſcrophularia herba ē hñs folia tenuia ⁊ ſubtilia: q̄ cum flectunt̄ vt frangant̄ ſtridēt. ⁊ ideo a multis dr̄ caulis ſtridolus. ⁊ radices ſunt ei ſatis ſubtiles ī q̄bus adherēt radices rotunde ſicut ſūt auellāe mūdate ⁊ albe mittentes lac.

Operationes.

A Idē paulus: Radix illa dr̄ ſcrofulis medica.



Ca. cccc lx.

Storax latīe: arab. melachac. gre. ſigia: Sera: li. aggre. ca: melachac. auc: dyaſ. Eius ſpēs ſūt tres: ſ. liq̄da ſicca ⁊ kearmitaꝝ: vñ arbor ſtoracis mag̃ q̄ vocat̄ lubue hz lignū ꝙ aſſil'at̄ lig̃ ſarcofo. eius ſūt folijs ſil'ia ſeilē: i. lilij: hz fructū albū magnū maiorē q̄ auellana ſil'ez. prunis alb̄ duos hñtē cortices q̄ꝝ exterior ꝯmeditur. ⁊ ē in eo amaritudo. īteriꝰ ē nucleꝰ pinguis ſic̄ nux. ⁊ exp̄mit̄ ab eo oleū ⁊ cortex hꝰ fructꝰ ē ſtorax ſicca. ⁊ gūmi hꝰ arboris lubue ē ſtorax kearmitaꝝ. et latīe vocat̄ calāita. i. bōa gutta a calos ꝙ ē bonū ⁊ mita qd̄ ē gutta: iñ ſtorax calāita: i. bōa gutta.

Et alio nomine vocatur sigia. et est gūmi album fortis albedinis. et vocat̄ gummi illd̄ lubue kearmitarum. ⁊ melior species omnium est illud gummi lubue. Et melior ex storace sicca est rubea que assimilat̄ maci. ⁊ deterior ex ea est illa que est arida nigra. Substantia vero storacis sicce que non habet oleum administratur in suffumigationibus. Et istam romani vocant confictam vel cozubrum. et est oleum q̄d ingreditur in vnguentis balneorum. Et melior illarum specierum est lubue muscatum. ⁊ est gummi album albedine mixta rubedine. ⁊ postea est sicca. que clarificatur non habens oleum. et est spissa rubea ⁊ deterior ex ea est lenis nigra. ⁊ lubue muscatum est lubue kearmitarum. Et est notum apud cristianos. et est storax kearmitarum id est storax kalamita. et rubea gūmosa. ⁊ est gummi. Substantia vero storacis sicce que non habet oleum vtuntur christiani in eorum ecclesijs ⁊ suffumigationibus. ⁊ vocant eam confictam vel cozubrum. ⁊ deterior ex ea est nigra que assimilatur serrature ligni. Et idem auctoritate Dyascoridis. Storax liquida liquida est pinguedo mirre recentis. vt apparet in capitulo mirra. et extrahitur a mirra. quia terunt eam cum aqua pauca. et p̄munt eum cornu. ⁊ est boni odoris. ⁊ īgreditur in confectionibus. ⁊ sola etiam sine aliqua admixtione olet ⁊ parum ex ea est multe virtutis ⁊ calefacit. ⁊ calefactō eius est similis calefactōni mirre ⁊ oleorum calidorum et siccoꝝ. Et storax liquida vocatur meth. ⁊ meth exprimitur ex gummi arborum que assimilantur arboribus citoniorum quod gūmi est mirra. q̄d īuenies si leges capl'm mirra. Sed storax kearmitarum est lacrimū arboris eiusdē nōis. cuiꝰ v̄ge intra cannicl'as ortū ex se emittūt scobem similem serre que cauernate lacrimū ꝓfluūt eius distillatum in terram ꝯueniēs est. illa autem que ꝓcedēs v̄gis inhesit cum siccat̄ mūda est ⁊ satis alba Sehinc flaua fit solis causa ⁊ mucosa. ⁊ melior ex ea est pinguis rubea similis resine pini. ⁊ sunt in ea frusta alba. ⁊ remanet ī eo odor bonus longo tempe. ⁊ quando frangitur emanat ab ea humiditas que est sicut mel Sz illa que est nigra et sicut furfur est mala. ⁊ iam inuenitur in ea gūmi arabico coloris clari. cuius odor est sicut odor mirre Et parum quidem inuenit̄ de hoc gūmi. Et adulteratur storax cum serratura ligni putrefacti cōmixti cum melle ⁊ residuo. ⁊ sba mirre yreos puluerizata ⁊ alijs rebꝰ scz cera ⁊ adipe. sed illa que nō ē adulterata hz odorem acutum.

Operationes.

A Gal'. viij. sim. far. cap̄. storax. Uirtꝰ est calida. ⁊ que mollificat et maturat.

B Dixit in quinto epidimiaꝝ. q̄ ē vna ex rebus mortiferis sicut Jusq̄amus ⁊ mādragora C Et idem eodem li. capl'o storax Calefacit ⁊ mollificat ⁊ digerit. vñ licet Auicēna li. ij. capl'o de storace dicat aliter modum factionis storacis. Serap̄ tñ magis credendū est. quia magis expꝰ Unde dicit Auicenna. q̄ storax hu. alia ē que extrahitur ꝑ seip̄am gummi. ⁊ est storax calamita. et alia est que extrahit̄ cum decoctione per se autem extracta est citrina. sed que ꝑ decoctōem extrahitur est nigra. ⁊ est storax liquida. ⁊ fex huius est storax sicca. ⁊ est conficta vel cozubrum.

D Auerrois quinto colliget capitulo de storace. Storax calamita calida ī secūdo sicca in primo. E Item curat tussim ⁊ corizam ⁊ brancos ⁊ raucedinem. ⁊ prouocat menstrua quando bibitur. ⁊ q̄ñ supponitur matrici ⁊ fumus eius est similis fumo olibani F Serapion auctoritate Dyascoridis. Uirtus eius ē calida mollificatiua. maturatiua. ⁊ conuenit tussi ⁊ catarro ⁊ corize ⁊ raucedini quādo bibitur ⁊ fit ex ea nascale cōuenit coartatōi matricis. ⁊ ꝓuocat menstrua. ⁊ q̄ñ deglutitur cum pauco gūmi albo tin mollit ventrem mollificatōe leui. ⁊ miscetur cum aliquibus vnguentis resolutiuis. et etiā oleis que resoluunt lassitudinem. Et administrat̄ assata et torrefcā ⁊ adusta. ⁊ colligitur fumus eius sicut fumus olibani.

G ¶ Et idez auctoritate Albugerig Cõ
uenit dolori pectoris ⁊ pulmonis. ⁊ delet
corizam ⁊ retinet ventrem. ⁊ aromatizat
stomachum: ⁊ ꝯuenit ventositatibus gro
ssis ⁊ nodationibus membrorum Et quã
do bibitur aut linitur exterius. ⁊ vlceribꝰ
conuenit scabiosis humidis. H ¶ Et
idem auctoritate Atabari. Fumus stora
cis est bonus catarro multum. ⁊ storax est
calida ⁊ sicca et stringit ventrem. I ¶
Platearius. Storax est calida in gradu p̃
mo sicca in secundo. ⁊ alia quidem est ca
lamita. alia rubea. alia liquida Quelibet
illarum est gummi arboris in India nas
centis: Storax liquida reperitur in Cala
bria. Storax vero calamita dicitur non a
calamo: sed a calo quod est bonum. et mi
ta quod est gutta: quasi bõa gutta per de
cem annos durat. K ¶ Eligenda ẽ ista
que subrufa est vniusq; coloris per totum
⁊ sapore pontica ⁊ subamara. q̃ malaxari
potest in cera. Que autem dulcem saporẽ
habz. sophisticata est. Nam yrim illiricã
cum melle cõficiunt ⁊ storacem calamitã
(vt sophisticetur) addunt. Sed discerni
tur quia talis habet dulcedinem nimiã. ⁊
si manibus tractetur. statim fit humida. ⁊
parum viscosa. Si vetus est cum malaxa
tur. puluerizatur: Sed storax rubea plus
accedit ad ruborem. effectus similes hñs
Storax v̄o calamita maioris est efficacie
Virtutem habet ex ponticitate ꝯfortãdi:
et ex qualitatibus suis consumendi. L
Contra debilitatem ac frigiditatem cere
bri ⁊ catarrum ex ea malum informatur ⁊
naribus apponitur. Caphala ex eadem
facta. super dentes laxatos: ⁊ gingiuas cõ
fortat ⁊ confirmat. M ¶ Emplastrum
ex eiusdẽ. oleo factũ contra frigiditatẽ sto
machi valet stomacho superpositũ. Itez
contra frigiditatem stomachi. ⁊ cõtra fri
gidum reuma capitis dantur pillule sto
racis. N ¶ Suffumigatio ex eadem
facta per inferiora prouocat menstrua.
Valet etiam suffumigatio ex adem facta
per inferiora; si fiat puta inferius contra
matricis suffocatõem. Si superius cõtra
sui precipitationem. Liquida storax ĩ em
plastris ⁊ vnguentis maxime contra tine
am ponitur. ⁊ diutissime seruatur Serua
tur autẽ diutius storax rubea q̃ calãita.



¶ Ca. cccc lxj.

Subere. vel Suberie. Ysidorus li.
ethimologiaꝝ. Subere est arbor
ex qua validissima cortex cortex na
tatorius extrahit̃ sic dcã. q̃si subedies: eo
q̃ fructus eius sues edunt. Porcoꝝ em̃ sũt
alimenta non hominũ. Pli. li. xvj. Glan
dem fert suber sicut quercus ⁊ ylex. fungo
sam carnem ingidius tradit fieri subere:
sicut esculo ⁊ rubore. Tardissimo germĩe
germinat suber ac ꝯcipit. ⁊ incipiẽte hye
me fructũ emittit. Siluestrez generi folia
nõ decidũt suberi ac buxo. ⁊ est cortex car
nosus suberi ac populo. Suber tẽpestiue
cefa torquet sese funditq;. Caricẽ vetusta
temq;. sentit hec arbor tardissime. sicut et
glandes atq; castanee. Ceteꝝ in aq̃s non
fluctat suber. si demat̃ cortex. ẽ ãt suber ar
bor minima glans eius pessima ⁊ rara.

Cortex tantum in fructu p̄crassus ac renascens: atq; etiam in denos pedes vndiq; explanatus.

Operationes.

A ¶ Plinius Usus eius maxime nauium anchoralibus: piscantiumq; tragulis. tecadorum obturamentis ꝯuenit Preterea in hyberno feminaꝝ calciatu. quāobrem greci cortices arboꝝ appellant. B ¶ Sunt ⁊ qui feminam ylicem vocant. Et vbi non nascit̄ ylex. ꝓ ea subere vtunt̄ In carpentarijs p̄cipue fabricis. vt circa helyn ⁊ lacedemonem: Hunc in ytalia nascitur tota. aut om̄ino in gallia. C ¶ Idē in libro. xxiiij. Suberis cortex tritus ⁊ aq̄ calida potus ex vino calido: sanguinem excreantibus magnopere laudatur



Ca. cccc lxij.

Sumach. Platearius: Sumach est cuiusdam arboris fructus similis granis ex quibus tingit̄ pānus rubeus: Admixtiō e quoq; sumach sophisticantur illa grana. Est autem sumach fri. in gradu secundo. siccū in tercio: Per annos quatuor seruatur: Virtutem habz cōstringendi: ⁊ incitat appetitū. Pandecta cap̄. d clviij. Sumach latine. arabice adiutor vel barso: grece riskitin. Serap̄ in libro aggre. cap̄: Sumach aucto. Byasco. Est planta nascens in locis saxosis habēs folia longa ⁊ habet ramos altos. ⁊ fructū in racemis quorum color vergit ad rubedinem sanguinis: ⁊ grana sunt ī racemis in magnitudine granorum lentisci: et aliquantulum lata Iuuamentum eius est in cortice granorum.

Operationes.

A ¶ Et idem aucto. Galieni: Melius qd̄ est in tota arbore est cortex grani eius: Et succus eius quando existit in eo sapor stipticus. ⁊ virtus eius est que infrigidat in secundo ⁊ desiccat in tercō. B ¶ Gal' viij. sim. far. cap̄. de sumach ꝑm translationem grecam quod incipit Riskitin idē sumach fructuosa plantarum stipticat et siccat. Uñ ⁊ cerdones ad stipticandum ⁊ siccandum coria vtuntur hac planta: Et propterea nominatur visodepsica id est coriorum aptatiua: C ¶ Melius autez fructus eius maxime ⁊ succus ad vtilitatē veniunt. sufficientes auferre exñtes qualitates. Concordat autē et totus qui secundum partem vsus sensui. et secundum gustum. erit igit̄ ⁊ hoc farmacum siccatiuū quidem in tertio gradu infrigidatiuū āt ex secundo. D ¶ Contra vomitū ex calore: spongia intincta in aceto decoctōis eius ori stomachi supponitur: Contra dissinteriam inferioꝝ intestinoꝝ vicō fcām. puluis eius cum aqua decoctionis ordei conficitur. ac ꝑ clistere inicitur. E ¶ Fit etiam emplastrum circa pectinem ac renes ex eiusdem puluere ⁊ oui albumine ⁊ aceto. Si vero superioꝝ vitio fiat aqua decoctōis eius vel saltem puluis datur. ⁊ carnes in aq̄ decoctōis eiusdē decoquent̄ F ¶ Contra fluxū sanguīs e naribus: medulla sambuci ī succo sāguinarie ītingit̄ ⁊ puluē sumach aspsa narib⁹ immittitur.

¶ Contra emoptoycam passionem e vicio spūalium dragantum ⁊ gummi arabicum per noctem cum predicto puluere dimittantur. ⁊ mastix cum aqua rosarum conficiatur. Indeq; pillule formentur. quas paciēs sub lingua teneat. ⁊ paulatim trāsgluciat. ¶ Contra dissinteriam itez ex vicio superiorum intestinorum puluis sumach in olla cum anathasia dat̄. Suppositorium quoq; factū ex illa vel tali puluere ⁊ anathasia contra fluxum valz menstruorum. ¶ Cōtra pruritum oculorum ex calore ⁊ humore lauantur oculi ex aqua decoctionis eius.



Ca. cccc lxiij.

Bitreus butorid ꝛ botaurus. Exli. dena: rex. Butorid ē de gñe accipitrū sz paulo nigrior ꝛ tarda nimium pigq; ad volandū: ꝓda tñ vivit q̄ cū dolo l'lāguore aliq; aut pigritia detētam assequi possit. Hec auis sapore dulcissima ē In li. vt sup̄. Butorius est auis sic dicta a signo vocis. hz crura lōga: collū extēsum rostrūq; longū ꝛ acutū sicut ardea. colore tñ distās ab illa: est eñ terre similima. Habitat circa stagna pisciū cibo cupida. Ranas cōmedit ꝛ venenata. Hec sola veris tpe pro cātu vocem horrificā edit. In litore sub ardore solis in loco vbi pisces frequentare novit. adeo q̄eta stat. vt q̄si mortua appareat. vñ fit vt cautis piscibus minus suspecta sit. Hz cū collū longum hēat breue recurvitate facit. vt cū pisces incautius ei quasi nihil p̄meditāti proximaue rint illos ad se colli extēsione trahat. Phisiologus. Botaurus quasi bootaurus dr̄ eo q̄ tauri boatum id est mugitū imitari videtur. Rostrum eñ in terra paludinosa defigit ꝛ ad modum tauri clamores edit. Exclusos pullos statim mater sub ascellis collocat. Alnū se sub vna. altera sub altera. Pulli vero materno corpori adherentes. Incedit q; mater pullos sub alis fouens. natorumq; rostris ꝓminētibus cibos dulciter ꝓmendans. Victor. Hec auis mihi ē videtur onocrocalus. De q̄ infer⁹ dicet.



Ca.xviij.

Abones ⁊ Blata. Ysidorus. Bibones sunt qui in vino nascuntur quos vulgo musciones a musto appellant. Unde Affronius. Cum a me expectasset fabulare incipis ex ore bibōes inuoluant in oculis tuis. Blate a calore dicte sunt. siquidem ⁊ comprehēse manū tingunt. Unde ⁊ blateum colorem dicūt hoc aīal lucem non patitur videre cōtrarium musce. Musca est lucipeta. Blata vero lucifuga. Ex libro de naturis rerū. Blata vermis est qui lucem videre nō patitur. Unde per noctem tantūmodo ambulare consueuit. Palladius de agricultura. Blate sunt apibus inimice. sicut et lacerte. Unde huiusmodi animalia ⁊ his similia oportet apum castris vel alueari bus lōge fugare q̄ vult apes bñ ꝯseruare.



Ca.xix.

Cantarides latine et grece. arabice derarie vl' irane. Pādecta cap̄. cxxxv. Cantarides sunt animalicule quaꝝ sunt efficacissime. que in spicis frumēti adhuc florentis inueniuntur. Sunt he varie. ⁊ quasi circa pennulas suas stricte ⁊ oblonge. he em̄ vapore aceti suffocant̄ ⁊ in vase non picato reponuntur: Sunt ca. ⁊ acutissime que licet scabiei vesice conferant: vesicam tamē si ex eis multa sumat̄ q̄ntitas. vulnerāt atq; sangniuem mingere faciunt ⁊ interficiūt. ex quibus ꝑua accepta vrinam ꝓuocant vehementer.

Operationes.

A Serap̄. li. aggre. cap̄. derarie auto: Gal'. Experti sumus experigentia nō modica in vnguibus leprosis: ⁊ inuenimus ꝙ qñ ponit̄ sup̄ eas cum ceroto ꝯfert multum. aut cum vnguento. auferunt em̄ vnguem ⁊ faciunt cadere totā. B Et cantarides ingrediunt̄ in cōmixtione vnguentoꝝ ⁊ medicinaꝝ q̄ fiunt ad scabiem ⁊ ad egritudinem cū qua eleuat̄ cutis: ⁊ ī medicinis q̄ euellunt verrucas q̄ dicūtur capita clauoꝝ: C Et sunt q̄dā ex magistris nr̄is q̄ dabant ex eis in potu miscētes paꝝ ex eis ad ꝓuocandum vrinā: D Et q̄dam accipiebāt alas et pedes ip̄arum solū dicentes ꝙ hec cōferunt illis q̄ sumpserunt corpa ip̄aꝝ. Et alij dicebāt ꝯrium huius. videlicet ꝙ corpa ip̄aꝝ sola iuuabant eos qui sumpserunt alas et pedes eaꝝ. E Ego vero miscui omnia simul corpa cū pedibus ⁊ alis ⁊ dedi Ille autem qui sunt magis iuuature ex eis sūt ille que reperiunt̄ in tritico in quarū alis sunt linee citrine in latitudine ꝓtense. ⁊ ꝓprie quando proijcis eas in olla terrea noua ⁊ claudis orificium olle cum panno lyneo sup̄ vas in q̄ sit acetum feruens donec suffocētur ⁊ moriant̄. F Et similiter oportet ꝙ fiat ex aniali quod dr̄ xofostis.

quando volumus ipsum reponere. Et si
militer est species animalis similis canta
ribus in figura ⁊ virtute. ⁊ similiter v̄mis
viridis qui reperitur super arborem pini
Virtus eius est sicut v̄tus earum. Postq̄
vero sunt cantarides mortue. inserantur
in lino ⁊ reponantur. G Syascoriō
capittulo. Cātarides. Meliores ex eis sūt
que sunt diuersorum colorum. ⁊ in alis ea
rum sunt linee trāsuerse citrine. ⁊ sunt gro
sse ⁊ oblonge. H Operatio autem il
larum que sunt vnius coloris est debilis.
Et virtus cantaridarum est putrefactiua
calefactiua. Vlceratiua. Et propter hoc
miscentur cum medicinis conuenientib⁹
apostematibus cancrosis. et ad scabiem
vlceratam ⁊ empetiginem. I Et qñ
ponuntur in nascalibus prouocant men
strua. K Et extimauerunt quidam q̄
quando miscentur cum aliquibus confe
ctionibus ad ydropisim conferunt ꝓpter
virtutem earum. quam habent in ꝓuocā
do vrinam. L Auicenna libro secun
do. cap̄. Cantarides. Dixerunt q̄dam q̄
sunt superflue caliditatis. Et dixerūt alij
sunt ca. ⁊ sic. in tercio gradu. sed primum
est verius. Et cantaris est acris acuta pu
trefactiua adustiua. M Et eradicat
verrucas linita. ⁊ fit ex ea cerotum ⁊ linit̄
ex eo albedo vnguis ⁊ confert ei. N
Et eradicat vnguem mollificatum velo
citer quando fit ex ea emplastrum. ⁊ r̄mo
uet morpheam. ⁊ albaras linita cū aceto
⁊ quando ex ea trita cum sinapi fit linimē
tum. facit nasci capillos. O Et simi
liter qñ coquitur cum oleo donec inspisse
tur. Et linitur super apostemata cancero
sa. ⁊ resoluit ea. Et linitur sup̄ scabiem et
empetiginem. P Inquit filius Me
sarugie. Ip̄a incidit vngulā valde. ⁊ par̄
de ea prouocat vrinam valde Et parum
de ea adiuuat medicinas prouocatiuas
ad prouocandum absq̄ nocumento. Et
ꝓuocat menstrua ⁊ facit aborsum. Q
Dixerunt quidam datur in potu vna ear̄
ei qui conqueritur de vesica sua. ⁊ confert
Et dantur in potu tres tanasgi de ea ⁊ ex
ulterat vesica. R Inquit Galienus
Ipsa exulcerat vesicam. ⁊ est ꝓpterea q̄
facit materias acutas declinare ad eam
a quibus corpus non euacuat̄ cum prope
tate que est in ipsa.



Ca. xx.

Carbates. Albertus in li. de na.
c aīalium inquit. Carbates q̄dam
mentiendo dicūt aues quas vul
gus baumgense. hoc est arborum anseres
vocant (vt etiam superius audiuisti in ca
pittulo xiiij) eo q̄ ex arboribus nasci dicū
tur. a q̄bus stipite ⁊ ramis dependēt. que
inter corticem est nutrite. Dicunt etiā ali
quando ex putridis lignis hec aīalia in
mari generari (vt sup̄ius dcm̄ est) ⁊ preci
pue ex abietum putredine. Asserentes q̄
nemo vnq̄ vidit. has aues coire vel oua
re. Et hoc om̄ino absurdum est. quia ego
⁊ multi mecum de socijs vidimus eas co
ire ⁊ pullos nutrire. sic etiam in ante habi
tis diximus. hec auis caput habet q̄si pa
uonis. pedes nigros vt cignus. ⁊ sunt mē
brana coniuncti digiti ad natandū. ⁊ sūt
in dorso cineree nigredinis. Et in ventre
sunt albide aliq̄ntulū minoris anserib⁹.



Ca.xxj.

Caladrius ⁊ Calādris. Ysidorus Caladrius (vt dr̄) est immūdus secundum legem.

Operationes.

A Dicit em̄ phisiologus ꝙ auis est tota alba nullam partē hn̄s nigrā cuius īterior fimus curat caliginē ocl'oꝝ. In atrijs regum inuenit̄. ꝑ hāc ꝯgnoscitur de hōie infirmo. vtrū viuat an moriat̄. Si em̄ eg̃tat ad mortez mox hec vt viderit eū. auertit ab eo faciē suā. Si āt nō ad mortē. intēdit illa faciē suā vertit. Et assumit oēs infirmitates eius. ⁊ dispergit eas. ⁊ sanatur infirmus. B Aresto. Caladriꝰ infirmū si mori debeat. nō respicit. Sz si ꝯval' scere possit. ⁊ ipsum vidē velit. ab illo omnem infirmitatē ad se trahit Itaqꝫ ille sanus efficit̄. Et auis egra. ita ꝙ sepius pro eo morit̄. Hec auis hz vnū os g̃ssum in crure. cuius medulla oculos caliginantes si quis linierit. eos clarificatos boni visus efficit. C Ex li. de na. reꝝ. Caladrius est auis alba. q̄ si ad infirmū sanandū ducitur oēs infirmitates eiꝰ intra se colligit ⁊ in aere volās ibi eas ꝯburit atz dispgit. D Pars interior femoris caliginez aufert ab oculis. Has aues alexander īueni sse fert̄ in ꝑside. E Ex li. de na. rerū. Calendris est auis ꝑua. ꝓpe ꝯsimilis alande. colore fusca. plumis despecta. sz mira modulatione vocis audientes letificat. Oim̄qꝫ voces auiū expressissime imitat̄. Itaqꝫ qn̄ capta ergastulo includit̄ ibi q̄z captiuitatis ⁊ calamitatis sue oblita. vix vnā diei horā sine cātu p̄terit. adoqꝫ spaciari diuersis auiū cātibus gaudz. vt nec cibi solicita sit.





Ca.xxij.

Capo ⁊ Caprimulgus: Actor Capo dr̄ gallus castratꝰ siue gallīaceus: Et hi ideo castrant̄ vt facilius impinguent̄ ac teneriores ꝯmedant̄.

Operationes.

A Dyas. Capōes viui aꝑti ⁊ impositi morsibus venenatis occurūt si mutentur assidue. B Cerebꝝ caponis melius est ceteris: Acceptū in vīo fluxū sanguīs abstinet. C Pellis ventriculi eiꝰ sicca tusa ⁊ bibita eustomacha est cum vīo. Juscellum maxīe minoris estuatiōes stomachi mitescit simpliciter compositum. Juscellū v̄o maioris artificialiter ꝯpositū ventrē mollit: crudos hūores. i. colerā nigram deponit B Utile est tꝑalibus

febrib⁹ ⁊ typicis egritudinib⁹. tremorib⁹ ⁊ inflationibus stomaticis. ⁊ arteticis singulare presidiū est. Fel caponis albi magne virtutis est. facit ad effusionem oculoꝝ ⁊ ad caliginē ⁊ aspredinē palpebraꝝ. De capone iferius capło. liiij. latius patebit. ℰ Pli. li. x. Caprimulgi appellant̄ mele grandioris aspectu; nocturni fures sunt. interdū eñ visu carent. pastoꝝ stabula intrant: capraꝝ uberibus propter succum lactis aduolāt qua videlicet iniuria uber emoritur. caprisq; cecitas quas ita mulsere obtenditur. Actor. Caprimulgus ipe Aresto. agochilem vocat. de quo supꝰ in capꝰ. vj. istius tractatus. ℉ Aresto tiles. Est auis mōtana modicū maiori mula. astuti moris. raro videtur de die. nec bene tūc videt; sed acuitur visus eius de nocte. lac ex māmillis capraꝝ sugit. ideoq; dr agochiles sc; capraꝝ lac sugens. viuit aūt nocte. manet in lapidibus de die.



Ca. xxiij.

Ardelus. Isidorus. Cardelus dr eo q; spinis ⁊ carduis pascit. Unde ⁊ apud grecos achātis dr ab achantis. i. spinis quibus alit; Augures ām dicūt ⁊ in gestu ⁊ in motu ⁊ in volatu auium esse signa constituta. Pliñ. li. x. Cardueli minyme auium impacata faciunt nec voce tantum. sed pedibus ⁊ ore p manibus. Estq; que boum mugitus imitet. in ore latensi agro thaurus appellata. Est que equorumq; hinnitus anthus nomie herbe pabulo aduentu eoꝝ pulsa imitat̄ ad hunc modum vlciscens. Ex li. de nare. Cardelus est auis parua croceoq; i corpe rubeo, vero i capite colore venusta ta. Mirū autem videt̄ q; hec auicula carduorum acutis aculeis pascit̄. In hac ergo natura miraculū apparet. que talē astuciam ei dedit. q; nec boui nec azino magnis aīalibus impartiri voluit. vt videlicz ergastulo clausa suppositā aquā ab ymo pnilum vasculo suspenso ad se cum rostro trahat. pediq; filo interdum suppositō cū attigerit vasculū sitim potu sedat.



Ca. xxiiij.

Arabdrion. ⁊ Carista. Rudolphus sup Leuiticū. Carabdriō est auis garrula. de q̄ legit̄ in Leuitico q; fm legem sit īmūda. Actor. Hec auis ipa est que superius in capꝰ. xxj. dcā. calendris est. Fallunt̄ aūt qui hanc esse cladrium putant. Et sup deutro. dicit glo

sa interlinearis. Caristę vt dicit Solinus aues sunt que impune flamas inuolant: ita vt nec plume nec carnes earū flamis igneum aliquatenus cedant.





Ca. xxv.

Cervus volans. Ex li. de na. rerū. Cervus volans fertur esse genus cicade. Hunc tamē experimenta rot crabronē vocat. sub alis (vt dicit) grossioribus alas habet subtiles ac tenues sicut bruchus. Circa vesperam potissime volant. z volando strepitum faciunt. hūt cornua medicinalia grādia prelonga bisulca dentata z lucida quasi forcipibus in cacumine cum libuerit ad morsum coeuntibus cruza vero lōga z reflexa. lucent igneum more noctu partes laterū ac clunium colores pinnarum refulgētes aliqñ compresse obumbrantur. amputatum caput earum viuit diutius sine corpore. sed et ipsius corpus sine capite. sed non tam diu sicut caput.

Ca. xxvj.

Cicade. Plinius li. xj. Cicade tantum viuunt rore. quarū duo sunt genera. Minores que primo proueniunt que vt sunt mute: z nouissime pereunt. Sunt autem multe que canunt vocantur achete. z que minores ex his sunt tetrigometre. sed ille magis sonore. Mares canunt in vtroq; genere silent femine. Gentes his vescuntur ad orientem. Ante coitum mares preferunt. a coitu feminas circa solsticium est coitus eaz. Quis eaz corruptis que sunt cādida coitus supin⁹. Est illis asperitas in dorso preacuta qua feture locum excauant in terra. Fitq; primo vermiculus. deinde ex ea (que vocatur tetigometra) cuius cortice rupto circa solsticia euolant. z est sine ore. sed pro eo q̄ddā est aculeatum linguis simile. z hoc in pectore quo rorem lambunt. Pectus ipsum est fistulosum hoc. vt diximus canūt achete de cetero nihil est in ventre. Quidā vero negant vocem in sectis esse in tanto cicadarum sono z apum murmure.



La.xxvij.

Ciconia. Ysidorus Ciconie quasi cicanie a sono quo crepitant dicte sunt quē sonū oris pocius esse constat q̄ vocis: quia cum rostro quatiente faciunt, hee veris nuncie societatis comites serpentū hostes maria transuolāt. in asyam collecto agmine pergunt. Omnes eas duces precedūt & ip̄e quasi exercitus p̄sequunt. Ex li. de na. rer. Ciconie serpentium exitio tātus est honor in Thessalia vt capitale fuerat occidisse ciconiam. sicut & bōiem. Multipharie nāq; serpentibus insidiat. eosq; comedit & alia venenata. nec tū moritur. Bufonē autem non nisi in magna fame comedit. in quo naturale bufonis malum notat. Videt autem ciconia caput habere valde reumaticum quia rostro eius aqua fere continuo distillat. & hoc hieme magis. Nec nidos suos annuo r̄petunt. & vnū se et fetibus suis domino loci sub quo fetificant. plumatū q̄stributum vt ferē deijciunt. Sz forte causa magis est tedium nutriēdi. Quinymo vt vulgo dr̄ p̄ decimatōne deijciūt. deo ius suū seruantes. In cuius signū Thoringiā vbi decime non dant. neq; intrāt neq; inhabitant vt experientia docet. Abiture autem (vt dicit Solinus) in certo loco cō gregantur. ita vt nulla sui generis nisi ceptiua relinquat. In asya campus est vbi cōgregate cōmurmurāt. & eam q̄ nouissime venit dilacerant sicq; recedūt. Exhib. rex vt sup̄. Ciconia dr̄ auis pia. Cum em̄ antiquiores ciconie p̄nis amissis, ppriū sibi victū acquirere nequeāt. iuniores frigida genitor̄ membra refouentes eos in pastu p̄curant. donec ala fortis redierit. Nam vt Ysido. ait. Quantū temp⁹ impēdunt in fetibus educandis tm̄ & ipse inuicem a pullis suis alunt. Nec dubium eas castitatis sectatrices esse, feduscq; cōiugij adinuicem seruare. Tm̄ fert q̄ in eminentiori loco domus cuiusdā par vnū ciconiarum habitabat. Tm̄ mare ad pastū recedente frequēter alius mas aduenies feminam adulterino coitu polluebat. At illa statim eminus in fonte se mergebat. sicq; scelus adulterij p aque lauamentū delens marem, p̄rium deludebat. hmōi factum dñs habitatōis frequēter aduertit & quadam die post adulteriū eā a fonte ne lauaretur p̄hibuit. nec mora masculus a pastu rediens in fcia sua scelus adulterij deprehendit. & ad horam dissimilans abijt. Reuersusq; scōa die maximā multitudinem secum adduxit, que singulam adulteram aggresse. miserā crudeli lanianerit morte.

Operationes.

A Pli. li. viij. Ciconia origano sibi medetur. B Idem in li. xxix. Ciconie pullum qui ederit negat annis continuis lippire oculis. Ciconie q̄z ventricul⁹ valz p̄ oīa venena C Idem li. xxx. Furūculis etiam dr̄ mederi ciconie vētriculus ex vino decoctus. D Dyal. Simus ciconie cum aqua potui datus, epilēticos curat. E Albertus in li. de na. aialiū Nec auis alas hz nigras. & caudam & alas p̄tes hz albas. F Inuenit etiā genus ciconie. totum in dorso nigr̄ & in ventre subalbum. sed non nidificat in hōum habitationibus sz in paludib⁹ desertis.



Ca.xxviij.

Cignus: Arestotiles. Cignus est de genere auiũ coriũ ĩter digitos hñtium. Manetq; in ripis lacuũ et in locis multaꝝ arboꝝ. Bone vite est. atq; nature. ⁊ senectutis bone. hmõi aues contra accipitrem pugnare non incipiũt Sz si cum eis ille pugnare cepit. pugnãt cum ipo. eũq; vincunt. Ysi. Cignꝰ grece latine olor dr̃. eo ꝙ totus albus sit plumis olon em̃ grece totũ dr̃. Naute v̇o sibi hãc auem bonã prognosiam facere dicunt si cut Emilius ait: Cignus in auspicijs sem per letissimus ales. hunc optant naute. qꝛ non se mergit in vndis. Ex li. de na. rerũ. Cignus hz plumas albas. sz carnes nig̃s fortitudinem suã in alis: colerice cõplexi nis est. ⁊ ob hoc iracundus: Dentes habz in rostro minutissimos. Oneris impaciẽs est. ne libenter volat sed in stagnis reqies cere delectatur. cũ vno pede natat. ⁊ cum alio se regit veli mõ. cũ piscibus nutritus eis est innoxius: Sup aq̃s nidificat ĩ pull' educandis solicitus. tpe coitus blandiũt sibi inuicem mas ⁊ femina: ⁊ alternatim capita cum suis scilicet collis inflectunt. velut amplexandi gracia. Nec mora vbi coierint. mas conscius lesionis in femina fugit ab ea. At illa impaciens fugiẽtem insequitur. nequaq̃ tamen rancor ille per seuerat in longum. ymo lesione cessante. pacificatur in animo ac a masculi ꝑsecu tione cessans post coitum frequẽti caude motu ⁊ rostri se aquis mergẽs purificat.



Ca.xxix.

Cinomulgus Cispedo ⁊ citramo Ysidorus: Cinomulgus est auis arabie sic dcã. eo ꝙ in excelsis ne moribus texit nidos ex fructibus cynami Et quia nõ pñt ibi hõies conscẽdere pro pter ramoꝝ altitudinem ⁊ fragilitatẽ. eos dem nidos plumbatis iaculis appetunt ac cynnama illa deponunt: ⁊ p̃cijs ampli oribus vendunt eo ꝙ illud cynnamũ ma gis q̃ alia mercatores ꝓbãt. Arestotiles Cinomulgus passere modicum maior ẽ. eiusq; color celestis est cum citrinitate et colores isti sunt in eo distincti: Rostꝝ eius est longum ad citrinitatem declinãs sup arbores magnas ex cinamomis vt dr̃ spe rice componit nidum suum habẽs introi tum paruũ Plinius. Cyspedij siue cispe li plurimũ volant qui ⁊ apodes dicuntur eo ꝙ vsu pedum careant hyrundinũ spẽ.

nidificant in scopulis. Hee sunt que toto mari cernunt. Aristoteles. Auium genus quod pedes nō habet. omni tpe apparet. hec auis longa gracilis z pauce latitudinis. hirundini assimilatur. Nec inter illas leuiter distinguitur. Ista nidificat in esta te. z hoc post lapides vt animalia fugiat z homīes. Plinius libro. x. Citramus alias cenchramus habetur. aues remeātes comitata solicitat. ac perseueranter ad expectatas sibi tenas puenire festīat. easq; noctu. etiam itineris admonens excitat. Aristoteles. Citramus auis de nocte ceteras aues clamat. eaq; audita sciunt venatores q; in locis suis non remanebunt aues. Ex libro de naturis rerum. Citramus auis asye recedentibus hyrūdinib⁹ ac cytonijs instante hyeme comitans eas festinātior pseuerat. z pcedens solicitat.



Ca. xxx.

Cinomia. Isidorus. Cinomia grece dicitur musca canina. Mā canis grece cynos dr. Ex libro de na. rerum. Cinomia est musca canina catulor auribus importuna. Quam licet catulus frequenter excutiat semp tamē importūe uolat. Vbi āt eū pigr. ad excutiēdum inuenerit vsq; ad sanguinem z vulnera pcedit. Actor. Cinomia est illa musca grauissima. qua percussa est egiptiorū populus in quarta plaga. De hac cū in Exodo legitur. Venit musca grauissima in domos pharaonis ac seruorum eius. z in oēm terram egipti. corruptaq; est terra ab huiusmodi muscis. Per hanc enim secundum glosam canini moris significātur. in quibus humane mentis voluptas id est libido arguitur. Sic enim z cimices quibus in tercia plaga percussi sunt egipcij. significant inquietudines mūdanor. qui prouocatores rixarum. Amatores calumniantium non admittunt quietem spiritualis sabbati. Vñ Psalmista. Dixit z venit cinomia.



Ca.xxxj.

Cicēdula cimice ⁊ costro. Ysido. Cicēdula genꝰ scatabroꝝ ē sic dictum eo ꝙ ḡdiēs l' volās lucz. Ex li. de na. Cicēdula ē vmis in ytalia nocte volās. ⁊ iter noctis tenebras fulgidꝰ radians. ita vt si eū in tēbris videas exhalationem scintillaꝝ putes. Ysi. Cimex āt ex vermibus carniū ē. Dictꝰ āt est cimex ex sil' tudine cuiusdā herbe cꝰ fetorē hz. Aui. in. ij. cañ. Ex fraxīo capita inflata sicut ḡnata egrediunt̄ ī q̄bus ē hūiditas de q̄ cimices oriunt̄. Cū eñ capita hmōi apiunt̄ cimices ex illis egrediunt̄. Cimices āt effugat ꝓpestercꝰ thauri. qñ cū eo fit suffumigatō Palladius. Ortis q̄z cimices nocēt. extinguunt̄ āt amurca ⁊ felle bubalo lectis aut locis eaꝝ ꝑūctis. l' folijs edē tritis ex oleo l' īcēsis sanguisugis. Ysi. Cosdros greci appellāt eos q̄ extremis fauoꝝ ꝑtibꝰ maiores creant̄. Quos aliq̄ reges putāt. dcōs eo ꝙ castra ducant.



Ca.xxxij.

Columba. Ex li. de na. rer. Colūba (vt dicit Beda) felle carz Dicit tamē Aresto. ꝙ fel hz. nō eo loco quo cetera aīalia sed in intestino Porticino non viuit. sed puro grano visum recuperat nouem vicibus. In alta nidificat. vbi mala bestia attingere non valeat sup aquas libenter requiescit. vt sitim sedet. Et vmbram accipitris veniētis ī aq̄s ꝓspiciat. Aliqñ vero sola sedet. colores suos varios circa collum admirās. alarū plausu rostroq̄z plumeculas fulcit et in regimen volatus cultus pennas disponit. Tunc nisus speculator occultus cō gaudētem in hmōi gloria rapit. Colūbe calidissime sunt. ⁊ lapillos ꝓpter stomachi temperantiam comedūt. fimū etiam ardentē nimis habent. quem ⁊ ipē nido eijciunt. ⁊ pullos eijcere docēt. pēnis eleuatis pugnat ⁊ columbam errantem cum viderint. sibi aggregant. Dicit Jacobus ꝙ trans mare versus oriētem columbe sunt q̄ nunciorum fungentes officio lr̄as dñorum suorum sub alis breui spacio ꝑlonge deportant. Ideoq̄z valde necesse sunt. maxime quando ꝑ terras inimicoꝝ alij nuncij trāsire non audent. Columbe proprīū est nō inter aues non eleuare caput. quando potant donec ei sufficiat. Ex li. de na. rerum Columba valde grauatur in ouoꝝ partu ꝙ si parere tardauerit a mare ꝑcutit̄. Arestotiles. Colūbe toto anno ouant ⁊ pullificant. si fuerit locus mansionis calidus. ⁊ cibus paratus. Alioquin nō nisi in estate. Earumq̄z pulli sunt meliores in vere. ⁊ in autumpno. peiores autem in hyeme ⁊ estate. Masculus cū feīa coit post vnū annum. Oua colūbe sunt albi coloris sicut ⁊ perdicis. Columba senex coire non potest. sed tantum osculatur. Columba q̄q̄z femina saltat super feminam. si nō fuerit mas. ⁊ inuicem osculantur. ⁊ ex illo q̄dem coitu oua faciunt sed non pullificant.

Operationes.

A Ex libro de naturis rerum: Pulli columbarum in autũno ⁊ vere saniores sunt quoniam his temporibus grano maxime viuunt: B Esculapius: Colũba occisa ⁊ calida supposita omni morsui subuenit. Sanguis eius valet oculis ꝯfertis infusus precipueq; de sub ascellis tract⁹. C Stercus eius omnes dolores soluit. ⁊ humores desiccat D Dyascorides Columbe sanguis abscindit fluxum sanguinis nariũ: qui est ex velamine cerebri: E Plinius libro.xxix. Caro recens columbe contra serpentes auxiliatur. Mascule sanguis a vena sub ala incisa: eximie prodest oculis cruore suffusus. F In libro.xxx. Fimus columbaꝝ cũ aceto delentur stigmata. Hoc fimo carbunculꝰ aboletur ꝑ se illito vel cum semine lini ex aceto mulso G Auicenna: Sãguis columbe confert podagre: Stercus colũbarum cõueniens est sup dolores iuncturarum: ⁊ valet empetigini. H Confert etiam dolori colice cum administrat̃ in clisteri.



Ca.xxxiij.

Coredulus. ⁊ Cornix: Ex li. de na. rer. Coredulus dr̃ quasi cor edẽs Carne nãq; ⁊ preda viuẽs corde maxime inhiat saturari: Ysidor⁹. Cornix auis est ãnosa apud latinos greco nomine cornix appellatur. Quã aiũt augures hõim curas significatõib⁹ agere. insidiarum vias monstrare. futura p̃dicere magnum nephas hoc credere. vt deus cõsilia sua cornicibus mandet: His inter multa auspicia tribuunt ⁊ pluuias vocibus portendere: Vñ est illud. Tunc cornix plena pluuiam vocat improba voce. Ex li. de na. rer. Cornix in solsticio morbo corripit̃ Hec nucibus libenter vescit̃. Horribiles aues q̃si hostes suos impugnant sed ille freq̃nter cũ impugnãtibus multũ detulerint: tandẽ in pacientia victe lacerant importunas. Cornix pluuiã multo clamore p̃nunciat: Quis colũbe insidiat̃. vt ea dissipet ⁊ exugat.

Operationes.

A Pli. li. xxix. Cerebꝝ cornicis coctum in cibo sumptũ capitis dolorib⁹ ẽ r̃mediũ B Idẽ in li. xxx. Cornicis carnes ac nidum illinire morbis longis putant vtilissimum.



Ca.xxxiiij.

Coruus. Ex li. de na. rer. Coruus auis clamosa nihil aliud sonare nonit q̄ cras cras. diuersas tam̄ voces format. scz. lxiiij. vt dicit Fulgentius volādo coit aliqn̄. plures sp̄ q̄ duos pullificat. Grauidus fieri dr̄. si eū ouū coruinum edere ꝯtigerit. Ore parere dicuntur ⁊ concipe. Femine coruoꝝ oua sole cubāt ⁊ mares eis escas dant. Pulli coruoꝝ. vij: diebus absq; vlla cibi alimonia manere ferunt̄. Septima v̄o die nigrescunt. quoꝝ nō nullos eijciunt tedio nutriendi. Fortior est coruus de die. Bubo de nocte ⁊ vicissim oua sua comedunt. Corui parū coeunt. sed multum osculant̄ adinuicem: Et putant q̄dam q̄ alio mō non coeant. sed hoc falsum est. Cadauere coruus vescitur et vt dr̄ a potu se abstinet q̄ diu ficus sui fructus dulcedine gloriat̄. Un̄ Ouidius Accibi dum lacteus pendebit in arbore ficus A nullo gelido fonte bibent̄ aque. Gregorius in moralibus. Pulli coruorū (vt fertur) an̄ q̄ nigrescant a parentibus vtcūq; neglecti. medici affecti huc illucq; vagant̄ in nido aut ciboꝝ expetunt a p̄to ore subsidiū. Un̄ scriptum est. Quis p̄parat coruo escam. ⁊c̄. Sed cum nigrescere illi ceperint tanto eis alimenta p̄benda coruus ardentius requirit. q̄nto illos alere diutius distulit. Ex li. de na. rer. Est coruoꝝ genus in oriente. q̄d cum azino et tauro pugnant. eisq; fugientibus sup̄ eos volat ac sic cū impetu eoꝝ oculis impungit ⁊ cū potuerit eos execans rostro dn̄is suis inutiles reddit. Itaq; p̄ consequens occisi decoriant̄ ⁊ eoꝝ cadauera volatilibus efferunt̄ sicq; ab aue improba aīalia fortia sup̄antur. Coruus turres inhabitat ⁊ ibidem nidificat. citissimus est mutatōnis aeris nūcius. ⁊ alia crocitatōis voce prophetat auram tranquillam alia tēpestatem. Coruus longeuus citissime fit domesticus. coruosq; siluestres inuitos retinet ac seducit. Coruus ex natura est inclinatus ad furtum: vt experigentia Erfordie docuit vbi coruus domesticus successiue de mensa qua pecunie iacere consueuerant in ortum de p̄pe subtus lapidem circiter quinq; vel sex florenos in grossis abscondit.



Ca.xxxv.

Cocurnix. Ex li. de na. rer. Cocurnix est auis quā vulgariter q̄stulam dicimus: Hec ducē hn̄t ortigometram: quā in maris transitu iā terre id est portui maris appropinq̄ntes accipitres speculati rapiūt. ⁊ idcirco cura est vniuersis. vt externi generis ducem solicitent. s. cornicem p̄ quā p̄ma discrimīa caueant. rarissimas hn̄t feminas in genere auiū sicut ⁊ pectines in genere pisciū. In hōim vero genere pauciores nascuntur masculi q̄ femine. Comestor. Cocurnix in synu arabie precipue nutritur. ⁊ ē auis regia quam nos vulgo curelium dicimus a currendo. Ysidorus Cocurnices a sono vocis dicte sunt. quas greci ortigeas vocant eo q̄ vise primum fuerunt in ortigia insula. Hec adueniendum tp̄a hn̄t Nam estate depulsa maria transmeant.



Ca.xxxvj.

Cocyx. Pli.li.x. Cocyx videt̃ ex accipitre fieri tpe ãni figurã mutãs. Tũc em̃ ñ apparẽt r̃liq̃ accipitres nisi dieb⁹ paucis. ipso q̃z modico estatis tpe vis⁹ postea ñ cernit̃. Est ãt neq̃z ad vncis vnguib⁹ accipitr̃ nec capite sil'is neq̃z alio q̃ colore ac rictu s̃z colũbe poti⁹ sil'is ẽ capite ⁊ vnguib⁹. Qm̃ absumit̃ ab accipitre. si qñ sil' apparuerit. sola oim̃ auis a suo gñe iterẽpta. Aresto. Auis cocyx paucor̃ ouor̃ ẽ. vni⁹. s. aut duor̃ q̃z natura ei⁹ valde frigida est.



Ca.xxxvij.

Crochilos. Ex li. de nat̃. rer̃. Crochilos in ytalia rex auiũ appellat̃ oim̃ q̃dẽ ẽ mĩma. s̃z q̃nto mĩor tãto velocior: adeoq̃z aĩosa. vt etiã ꝯ aq̃lam audeat cõat⁹ acceptare: hõies q̃z deludit q̃z cũ se ꝓpin q̃ q̃i manu capiendã obtulerit. casso hõis conatu ⁊ labore impigra ꝓfugit: Araneis vescit̃ pullis fecũda ẽ. Nã plurimos vno fetu ꝓducit. vno specu vel antro ĩ hieme multi ꝯdunt̃. vt ad calorez turba conferente calor q̃ ꝑuus ẽ ĩ tam minimis corporibus augmentet̃. Estq̃z auis minima oim̃ aliar̃. Item Albertus in libro de naturis animalium ait: Crochilos est auis minima omnium q̃ regulum vocant que licet sit parua corpe. Ausu magna contra aquilam pugnare conat̃ solitaria volat. Multi etiam est partus: ⁊ in hieme vno contenta foramine antri vel muri multos socios secũ sui generis nocte habitare permittit. vt calor parui corporis ex societate multorum calescat ⁊ foueatur. Hec etiam est auis musica. ⁊ precipue cãtat tempore magni ⁊ sicci frigoris in hyeme; Infra capl'o. c iiij. de eadẽ tractet̃.



Ca.xxxviij.

Corinta. Plinius. Corinta ē auis maxima in partibus oriētis que fere ad quantitatem pulmonis vaccehabz mollem. z multo infusum sanguine. et ideo multum bibit plusq̄m alie aues: Albertus in libro de naturis aīalium. Corinta est auis que paucas z paruas habet plumas z pennas:



Ca.xxxix.

Aculus. Ex libro de naturis rerum. Cuculus est auis improbaque vocem suam in cantando nō mutat. sed semper eandem ꝛplicat. Auis pigerrima est z loco non stabilis. Turturis fere colorem habz Hieme plumis spoliari dicitur. intrateq; terre latibulum. vel concauitates arborum. illic estate ꝙgerit quo hyeme viuit. Ova sua in nido minoris auicule ponit. z de ouis illius totidem demit. ne dum illa numero superflua inuenerit. quasi aliena repudiet. Itaq; cuculꝰ ab aliena matre. cum pullis eius fouꝰ et eductus: dum adhuc in nido inualidus sedet. quadam tamen auiditate naturali ceteris pullis cibos rapit. z hac sagacitate pre ceteris pingescit atq; nitidior fit. In cuius elegantiam nutrix cōuersa. gaudet eius forma. miraturq; seipsam q̄ talē peperit adeo desipiens vt magnitudine ferum a pullis minoribus non discernat. sed omnes pullos suos in eius comparatione damnat ac vbi eum ediderit et ad robor volandi nutritus. ipso viceversa z in nutricem insurgit. z consequenter perimit. Isidorus. Cuculi a voce propria nominati. tempus habent et ipsi veniendi miluorum scapulis susceptī propter breues z paruos volatus. ne per longa aeris spacia fatigati deficiant. Horum saliue cicadas gignunt. Ova passeris nido reperta comedunt. z sua obijcitur. post hec illa susceptā. z fouent z nutriunt Aresto tiles. Cuculus ouis propriis incubat. sed vnum ouum in nido fulice ponens eiusdē ova fugit. Illa vero futuri euentus ignara ouum sedula nutrix fouet. Sed a cuculo excluso z postmodum adulto nutrix a nonnullis quandoq; necari perhibetur In estate volat z lasciuit. In hyeme iacet languens z deplumatus ac buboni simili apparet.

Operationes.

A plinius libro. xviij. Mirabile quoddam est de cuculo. quo quis loco primum audiat alitem illam. si pes dexter circumscribatur ac vestigium id effodiatur non gigni pulices vbicunq; aspergatur.

B Idem libro. xxviij. Cuculi fimus in vino decoctus z potus morsui canis rabiosi confert.





Ca.xl.

Cubeth. Aresto. Cubeth est auis luxuriosa. cuius mas si inuenerit oua femine sue frangit ea. ne feīa sit solicita circa ea. femīa vo abscondit ea Que siue coeat siue non. olofaciendo vel audiendo subito ouat: Item si p̄senserit masculum venientē occurrit ⁊ coeūt. Mas q̄dem pedetentim ad feīam accedit sine strepitu. ne alij masculi senciāt. ⁊ pugnēt cū eo. nec coire p̄mittāt. Itē masculi pugnant inuicem ⁊ victor cū victo coit. ac versa vice si victor victus fuerit Solitarie tñ ⁊ occulte coeūt. eligente victore locuz ad hoc. ⁊ victo sequēte. Mas āt ⁊ femīa ī voluptate sua frequēter deprehendunt̄ ⁊ cadunt in manus venatoꝝ Cunqꝫ luxuriosa sit auis ista. singuli tñ mares singulas seminas accipiunt. Item aues ponderosi corpis que non sunt boni volatus: multā habent superfluitatem multumqꝫ coeunt ⁊ multorum ouorum huiusmodi sunt. vt cubeth ⁊ strutio ⁊ gallina: Actor. Cubeth idem videtur esse q̄d perdix que enim hic de illa dicuntur eadem pene ⁊ de perdice dicentur inferius. Quod forte latuit translatorem.

Ca.xlj.

Culex. Ysi. Culex ab aculeo dcūs ē eo q̄ sanguinē sugit. hz eīm in ore fistulam in modū stimuli. q̄ carnē terebrat. vt sanguinē bibat. Aristo. Culex aīal corpis anulosi mēbꝝ hz p̄ q̄d cibū sentit. ⁊ q̄dā hñt hoc mēbꝝ extra sicut aculeū cui⁹ natura ē mollis ⁊ vacua p̄ ip̄m gustāt ⁊ sentiūt ⁊ cibū attrahūt Culices āt ⁊ musce mīme bestiaꝝ p̄ hoc mēbꝝ p̄forāt hōis coriū ⁊ alioꝝ aīaliū: Ex li. de na. reꝝ Culex acida petit. ⁊ dulcia fugit lucē diligit. ita q̄ ad lumen aliqñ se vrit

Operationes.

A Aui. ī. iiij. cañ. Ad effugādū culices ⁊ cimices fit suffumigiū cū serraturis ligni pini. aut cū nigella sil'r cū mirto sicca ⁊ cū sulphure. ⁊ bdellio ⁊ spīa fetida ⁊ stercore vaccīo ⁊ cū folijs cip̄ssi. B Ad idez aspgit̄ dom⁹ ex decoctōe radicis lupinoꝝ aut ex decoctōe nigelle. aut absinthij: aut rute. C Palladi⁹. Cōtra culices et timices ī ortis l' satis amurca recēs. vl' ex cameris fuligo spargit̄. galbano q̄z infuso: aut sulphure fugant̄ D Ambrosius Culices nō tangunt hōiez. si absinthium cum oleo coquat̄: ⁊ eo se p̄ungat.



Ca. xlij.

Diomedas. Ysi. Dyomedie aues a socijs diomedis appellate sūt q̄s fabule ferūt ī easdē volucres fuisse ꝯuersos forma fulice silēs; magnitudīe cignorū. colore cādido. duris ⁊ grādib⁹ rostris. Sūt āt circa apuliā ī insula diomedia īter scopulos littoꝝ ⁊ saxa volitātes. Solin⁹. Diomedas aues īsula q̄ orā apulie videt. ⁊ tumlo ac delubro dyomedis īsignis ē. sola gignit cui ē color cādidus. ignei oculi ora dentata: ꝯgregate volitāt. dueq̄ duces sūt: q̄ꝝ altera agmē p̄it vt ductu certū iter dirigat: altera īseq̄t vt instantia tarditatem vrgeat. Cum fetificum tempus adest. rostro scrobes excauant. ⁊ surculis inuersum positis subter cauata contegunt: ⁊ ne operimēta desint si forte lignorum cassia venti auferāt. hāc struem premunt terra quam egesserāt. sic nidos moliuntur. bifori accessu aditus q̄ mittit ad pastus in ortum destinatur. qui excipit reuertentes versus occasum est: vt lux ⁊ morantes excitet. et receptui non denegetur. Edem sacram huiusmodi studio omni die celebrāt. aquas plumas imbuunt. ⁊ alis impendio madefactis rorulente confluunt. et sic edem humore excussa purificant. Tunc pennis supplaudūt ⁊ inde quasi peracta religione discedunt Ob hoc aues factos dyomedis socios ferunt.



Ca. xliij.

Draycha. Albertus: in libro de naturis animalium inquit. Draycha auis est pedibus carens. vt dicit Arestotiles. ⁊ cum ad terram cecidit cubitis alarum et pectore repit fere sicut vespertilio: Sebiles habet pedes caude sue coniunctos: Hoc non apparet nisi post pluuiam in principio estatis: ⁊ tunc pullificat. ⁊ cum pulli conualescunt morit̄ pullos relinquens sue miserie vice succiores

De Auibus.



Ca.xliiij.

Egithus Emeria ⁊ Erci nia Plinius libro deci mo: Egithus auis mini ma cum azino pugnat. Azinus quippe spinetis se causa scalpēdi atterēs nidos eius dissipat quē adeo panet auicula, vt omīno voce rudē tis audita ouа eijciat. pulliq; ipi metu cadant. Itaq; aduolans vlcera eius rostro excauant: Porro achantis egithum odit in tantum: vt eorum sanguinem credant non coire. Iozath. Emerie sunt aues q̄ de nocte volantes illuminant aerem propter pennarum suarum naturam: que magis in tenebris q̄ in lumine lucent. sicq; producuntur ⁊ capiuntur. Ysidorus: Erci nie aues dicte sunt ab hercinio saltu germanie vbi nascuntur. quarum pēne adeo per obscurum emicant. vt q̄ uis nox densis tenebris obtenta sit. ad presidium itineris dirigēdi iacte interluceāt: cursusq; vie pateat iuditio plumaꝝ fulgentium.



Ca.xlv.

Falco. Ex lib. de na. rer. Falco est auis nobilissima. volatu impetuosissima ⁊ in custodia sui minus cauta. Ideoq; cum ad predā dirigend⁹ est. a dño suo retardat. nec auis ei capiēda ostendit. nisi prius aliq̄n tulum elongetur. vt predam cum impetu moderato subsequat. In ardee captura duo falcones piter relaxant. quoꝝ vn⁹ summa petit alius iuxta terram inuolat vt videlicet ille volantem ardeā in pulsu precipiter: Iste vo p̄cipitatā accipiat: Arestotiles. Falco renes hz debiles pectusq; robustum. deliciosis vtit cibis. vnica versatione collū girat circulariter pectore existente immoto adeo vt colli eius duo. cētum argi luminibus rōe. Cuius visus cuiusdam naturalis discretōnis videant ex equo respōdere. prede q̄z q̄ post tergū est quidus inuigilat: Ex li. de na. rer. Falconum genera sunt duo. Vnū nobile quod auem vsu quo naturaliter capit aliud ignobile ac vile: q̄d nisi multo labore et maceratione assuefactum hoc facit. Hoc vltimum genus cum ardeam ad terā impulerit. Iamq; imꝑmpta est vt eam capiat

Ardea anguillam vel alium piscem quez recentius vorauerat euomit. z tunc falco libere eam volare pmittens ac minus seti dum sibi oblatum preferens et gaudens ocius apprehendit. Non sic aũt falco no bilis. sed eiectũ munus vilipendens. auẽ dolosum seuerius punit. Habet aũt falco os acutum ac durũ in pectore. quod ei na tura puidens indidit ad impulsionẽ pre de Scripserunt aqla symachus z theodo cion epistolam ptolomeo regi egipti. in qua tractauerunt de auibus nobilibus z earũ medicinis. De qua hic pauca de fal cone cõmemorare liceat.

Operationes.

Albertus in li. suo de aialibus. Si falco nõ pt fimare fel galli da ei pmedere vel testudines albas decoctas. Si falco nimiũ laxat. succũ iusquiami mo dicum da ei bibere. z intinge i eodẽ cibũ eius. Si os fractũ habuerit in cru re vel in ala. Aloe calidũ supliga z dimit te vna die z vna nocte. Itez fimũ galli i aceto coctũ supliga. Ad iõ aloen herbã cũ puluẽ apij z involue cordi bus quaz auiũ z da ei pmedere. De hac materia repies p albertũ tradita in libro suo de animalibus.

La. xlvj.

Fasianus. Exli. de na. rez. Fasia nus est gallus silvatic⁹. avis pul chra valde. pennis choruscis. in star ignis. ceruleus interdũ ac viridis. ru beisqz pennis. interscribitur nitor. Aures gemmas videt hre. in capite plumis extã tibus: quas subrigit qñ vult atqz submit tit. Cristis aũt in capite caret: z spiculis i cruribus. Pis tñ armis frustratus. aiosus z audax est. Arestotiles. Fasiani nñ coit⁹ tpe simul habitant ceteris vero tpibus se paratim. nec cito rubricatas hñt barbas vel in pedibus calcaria sicut galli dome stici sed tractu tpis. fasian⁹ sic capit. aliqñ auceps pãno in q̃ hec avis depingit coo pertus. fasiano se oñdit: q̃ sequẽs cooptũ nec fugientem nec retrocedentẽ tandem a socio aucupis in insidijs latitante retbi involuit. hec avis in aura pluviosa trista tur. z tunc in rubetis ac silvis latet. Circa vesperam vel auroram de silua egreditur z tunc de facili venatur. Rostrũ i terra figẽs abscondit se. z sic absconditum se totum credit. pẽnas pre pingnedine mutat. Itez rumqz sepe renovat. Carnes habet subti liores ac leviores ceteris avib⁹ silvaticis exceptis pdicũ pull. Asi. Fasian⁹ a faside insula dictus ẽ. vñ primũ asportatus est.





Ca.xlvij.

Fatator. Ex li. de na. rer. Fatator est auis in oriente. q̄ fetuū procreādoꝝ naturaliter cupida. Tēpus veris anticipat. quo scz aues ceteras solent initiare ꝯceptus. Tñ fit vt oua que tunc facit frigore corrumpant̄: ne fetuum hēant effectum. sz iterꝝ sequēti tpe calido ponunt. ⁊ tunc pullos faciūt. q̄d est cōtra om̄es fere agrestes aues. q̄ semel in anno ouant atq; pullificant:



Ca.xlviij.

Fenix. Ysido. Fenix. est auis arabie sic dcā: eo q̄ colorē feniciū habeat. vel q̄ sit in toto orbe singularis ⁊ vnica. Nā arabes singularē ⁊ vnicam fenicē vocant. Hec q̄ngentis ⁊ vltra viuens annis dū senuisse se viderit. collectis aromatū v̄gulis rogum sibi instruit. ⁊ ꝯuersa ad radiū solis alaꝝ plausu volūtariū sibi incendiū nutrit: sicq; iterꝝ de cineribus resurgit. Ambrosius li. v. Fenix cum finem vite sibi adesse aīaduertit. facit sibi thecam de thure ⁊ mirra ⁊ ceteris odoribus in quam impleto vite sue tēpore intrat ⁊ moritur: de cuius humore carnis vermis exurgit. paulatimq; adolescit ac processu statuti tpis alaꝝ remigia īduit sicq; ī superioris auis speciem ⁊ formā reparatur. Doceat ergo nos hec auis exēplo resurrectionem credere que sine exemplo ⁊ sine rationis preceptione sibi insignia resurrectionis instaurat. Solinus Apud arabes fenix nascit̄. Auis aquile magnitudine capite onerato ī comā plumis extantibus. cristatis faucibus. circa colla fulgore aureo. postera parte purpureus. extra caudam in qua roseis pennis interscribitur nitor ceruleus. Hec etiam est mens oim̄ aliorum autorum. Etiā idē habet̄ in li. de na. rer. licet ꝑ alia v̄ba.



Ca.xlix.

Filomena ⁊ ficedula. Ex li. de naturis rerum. Filomena dicitur a filos quod est amor. ⁊ mene q̄d ē dulcis. Hec enim auis mira modulatiōe letificat audientem: gaudet ad ortū solis Preitq; leticia venientem. verno tam̄ tpe cantat. Hiberno nū q̄. In inicio q̄z veris adeo sue vocis amenitate delectat̄ vt rarissime comedat: ⁊ hoc cum summa festīatione: Itaq; certant inter se tam ꝑtinaciter: vt victa sepe vitam finiat ꝑus deficiēte spū q̄ cantu. Tñ ⁊ dicit̄ a filos quod ē

amor. ⁊ mene quod est defectus. q̄si amore deficiens. Miramur igitur in tam paruo corpusculo. tam ꝑtinacem spiritum. Miramur in illo perfectam musice scientiam. Modulatus enim edit̄ sonus ⁊ nūc continuo spiritu trahitur in longum: nūc variatur inflexo: nunc distinguitur ⁊ conciso. copulatur in torto grauis acutus. creber extensus. vibrans. ⁊ aliquādo q̄dem medius. summus ymus. Meditantur interim alie minores. versusq; quos mirent̄ addiscunt. audit attenta discipula. Redditq; vicibus cantum. intelligit̄. emendatur. ⁊ a docente quodammō reprehendit̄ Statim aūt vt coire incepit vocis amenitatem perdit. Et vt dicit Pli. Alia vox fit mutatur ⁊ color. Ab exitu nāq; verni tp̄is aucto estu in totum alia vox fit. mutat̄ et color. lignis earum tenuitas illa nō est. q̄ ceteris auibus. Actor Filomena est auis parua canora om̄ibus nota. q̄ ⁊ luscinia dicit̄. Ysidorus. Ficedule dicte sunt eo ꝙ ficos magis edant. panditur illo v̄siculo veteri. Cū me ficus alat cū pascat dulcib⁹ vuis. Cur potius nomē nō dedit vna miethi. Pli. li. x. Ficedule formā sil'q; colorē mutāt. Hoc tn̄ nomē hn̄t autūno. Postea vero melācoriphi vocant̄.



Ca. l.

Fulica. Actor. Fulica ē auis magnitudine ⁊ colore cigno similis ⁊ grandi rostro. in scopulis littoꝝ ꝯmorat̄: has latini dyomedias. greci Herodios vocant. Phisiologus. Fulica est auis sup̄ oēs prudētissima: cadaueribus nō vescit̄. nec oberrat de loco ad locū. sed in vno loco ꝑmanet vsq; in finē. ibiq; escā suam circa se colligit ⁊ q̄escit. Idem: Fulica est auis boni moris. nigra anati simili nisi quia minor est anate. In stagnis delectabiliter ꝯmorat̄: esca ⁊ pace ꝯtenta. vn̄ patet si locū inueniat vbi pacē ⁊ escam habeat non inde recedit. Pli. li. xj. Fulicaꝝ generi dedit natura placabilē cristā ꝑ medium caput a rostro residentem.



Ca. lj.

Fucus. Bartholomeus in li: de ꝓpetatibus reꝝ inquit. Fucus est apis maior. dictus aūt est fucus eo ꝙ cōmedit labores alienos quasi fag⁹ a fagin q̄d est cōmedere. Depascit̄ em̄ ꝙ non laborauit. quia nec mellificat. s3 aliorum mel māducat. De q̄ Virgi. Ignauū fucos pecus a p̄sepibus arcet Sūt āt fuci sine aculeo velut imꝑfecti apes ⁊ sunt ser

uiciales veraꝝ apum. ⁊ ideō eis imperāt vere apes primosq; expellunt ad opa. tardantes autem sine clemētia pungūt ⁊ puniunt. neq; in ope tm̄. sed etiam in fetu adiuuant apes. Certe em̄ q̄ maior eoꝝ fuerit multitudo. eo maior fiet examinū ꝓuētus Cū mella vero ceꝑint matura esse abigūt eas melleq; singl'as aggresse eas trucidāt atq; fugāt. nec videnť nisi in vere Impatoribus apum fuci extruunt regias māsiones amplas magnificas seꝑatas cooꝑculo eminentes. ⁊ fiunt sex angule om̄is celle singuloꝝ ⁊ q̄uis fuci sustineāt tot labores comedere tn̄ de melle vix ꝓmittuntur nisi q̄ntū capiūt ⁊ furanť. vt dicit Pli.



Ca. lij.

Gallus: Ex li. de na: reꝝ. Gallus est auis faucib⁹ ⁊ capite cristata. spiculis aduersis in cruribus armata. Habet ⁊ q̄nq; spicula galline Sz hoc errore potius q̄ ope nature. Gallus nocte ꝓfunde cantat validius. ⁊ matutino leuius: Cantus em̄ cum vento ferť ⁊ anteq̄ estimari possit longius auditur. Gregorius in moralibus. Gall⁹ diei nunci⁹. horas noctis discutit. ⁊ demū vocem exhortationis emittit Cunq; cantus edere parat. ꝑus alas excutit. ac seip̄m feriens vigilantiorē reddit. Ambrosi⁹. Est galli cantus suauis in noctibus ⁊ vtilis. q̄i bonus cohabitator. dormientē excitat ⁊ solicitum admonet. Vigilantem solať. ꝓcessum noctis signās. Idem. Leo timet gallū. maxīeq; albū: Aresto: Visi sunt aūt galli q̄ feīas suas interficiebant. Deinde soliciti circa pullos suos regebant illos ⁊ assimilabanť feīs in nutriēdo illos. ita q̄ etiā inuicē nolebāt coire. Ysido. Gallus āt a castratione vocatus ē: Nā inter aues ceteras huic soli testiculi adimunť: vetēs āt abscisos vocabant gallos: Ex li: de na. reꝝ. Gallinace⁹ gallus testiculis viduai⁹ dr̄ q̄ capo vulgariter aꝑpellať. vt superius dixi. Ferť āt citi⁹ impīguari. q̄ a libidine arceť. Cū gallīs q̄dem impinguať. ꝛc.

Operationes.

A Ex lib. vt sup̄. Galli carnes g̊ssiores sunt ad digerendū ⁊ mīoris hūiditatis q̄ galline vel gallinacij. Decrepiti tn̄ galli carnes teneriores sunt q̄ iunioris. B Gallinaceus autem habet carnes validiores om̄ibus volatilibus. bonū sanguinē generant ⁊ optimū nutrimentū C Auicenna: Gallorum melior est ille q̄ nōdum cantat. Antiqui vero mali sunt. D Testiculi autem gallorum multum laudabiles sunt. velocis digestionis E Ius gallorum confert dolori stomachi ex ventositate F Ius galli veteris cum polipodio ⁊ aneto confert colice valde. G Docet autem galienus in decoctione gallorum veterum. vt postq̄ nutriti sunt fatigentur faciēdo eos currere vt cadant ⁊ decollentur Deinde vētres eorum euacuati ac sale impleti suanť ⁊ coquantur cum. xx. kyst aque donec veniant ad tres rotillas ⁊ bibatur. hoc ius confert asmati. Confert etiam tremori ac dolori iuncturarum. Esculapius Cerebrum galli cum vino bibitum: oēs morsus destruit ⁊ alia multa mirabilia facit.



Ca.liij.

Gallina. Rsi. Gallina dr̄ a gallo sicut a leone leena. Huius membra ferunt quidam si auro liquescenti misceant̄ consumi. Ex li. de na. rer. Gallinis supponenda sunt oua semp̄ impari numero luna crescenta ad. x. vsq; ad xv. Oua incubari intra. x. dies edita vtilissimū est. Nam vetera aut recentiora infecunda sunt. subici autez debēt impari numero. Quarto vo die postq̄ ceperint īcubari: si eoꝝ cacuminibus contra lumen in manibus apprehensis. purus ⁊ vniusmodi color p̄luceat estimant̄ sterilia: ⁊ p̄ illis supponenda sunt alia. In aqua q̄z experimentum est. Naz ouū inane fluctuat iniectum aqua. subsidens vero plenum est. Philosophus. Gallina ouat in omni tp̄e preterq̄ in duobus mensibus tropicoꝝ Dum aūt galline pulueris fomento ⁊ crebra respersione fungētes vice balnei. sine coitu delectant̄ Oua de q̄bus exituri sunt masculi gallina gerit in parte ventris dextra. Ex quibus autem femine in sinistra: Uniuersaliter si galline oua sua non incubauerint infirmantur. Et quedaz galline semp̄ faciunt gemellos. semp̄q; est vnus maior alius minor. Gallina quando cubat in estate: citius excludit pullos q̄m in hyeme.

Operationes.

A Rsi. Gallinaꝝ in cibo melior est illa que nondū parit oua. antiqua vo praua. B Adeps pulloꝝ calidior est q̄ gallinarum magnaꝝ. C Caro etiam gallinaꝝ clarificat vocem D Cerebrū gallinaꝝ p̄hibet fluxum sanguinis nariū ⁊ cerebri velaminibus accidentem. E Idē. Epar gallinaꝝ pinguiū. sicut ⁊ anatum. sanius est ceteris galline sāguīs (vt dr̄). F Idem. Adeps q̄dem galli sicut ⁊ cerui vehemētioris est calefactōnis. G Adeps āt galline minus calidus ē. ⁊ asperitati lingue confert. H Esculapius. Ouū galline valet ad oēm dolorē oculoꝝ. etiam albumen infusum oculis sedat punctiones I Totū ouū ꝯbustū ⁊ cū vīo vel aceto bibitū oēs fluxꝰ stringit K Ouoꝝ q̄nq; vitella bibita cū tribꝰ vini cyathis emoptoicis valent. L Adeps gallinaꝝ pustulas oculoꝝ reprimit. M Tibie q̄z cū pedibꝰ cocte ⁊ cū sale ⁊ oleo ⁊ aceto colli dolorē sedant: N Stercus eius flegmones qui nascunt̄ in naribus impositum sanat.



Ca.liiij.

Gallinacius. Alexander. Gallinacius si bñ vrticet̃ ducet pullos suos ad modũ gallie. q̃d (vt dr̃) nõ facit ꝓpter ꝯmodũ pulloꝝ: sz ꝓpter ꝯmodũ ꝓpum: vt ex calore pulloꝝ faciat venenũ vrtice euaporare. Ex li. de na. reꝝ: Gallinaci⁹ gallus testicul' viduat⁹ dr̃. q̃ capo vulgariter appellat̃ (vt supi⁹ ĩ ca. xxij. isti⁹ tractat⁹ dixi) Fert̃ ãt citi⁹ ĩpinguari: qꝛ libidĩe arcet̃: cũ gallis q̃dẽ impĩguat̃. sz neq̃ q̃ ĩpinguãdo fecũdat cũ eis pascit̃. sz nõ eas defendit: nõ cãtat nec horas diei vel noctis discernit. Igit̃ ad nihil vtili⁹ ẽ nisi ad coq̃nam. Itẽ aliqñ gall⁹ p⁹ triẽniũ castrat̃. postea q̃nq̃ vel septẽ ãnis viuẽ sinit̃: Et sic ĩ eius iecore lapis ĩuenit̃ electori⁹. q̃z vt ibi cõcepit nõ postea bibit. Vñ ⁊ si q̃s hũc lapidem in ore suo habuerit. sitim extĩguit. de q̃ ĩferi⁹ in tractatu de lapidib⁹ tractet̃.



Ca.lv.

Graculus. ⁊ garrulus. Ex li. de naturis reꝝ. Gracul⁹ est auis nig̃ ꝑ totũ corpus: Est em̃ de gñe cornicis. licet corpe mĩor. libenter in altissimis nidificat. ⁊ hoc in tãta multitudine. vt in vna sepi⁹ arbore: vij: paria g̃culoꝝ nidos ꝯstruant: Optĩe nãq̃ aues iste sibi inuicẽ compaciunt̃. Est ãt auis clamosa nimiũ maxime a tpe coitus. quez scz coitũ tẽpus excitat vernũ Amoris gr̃a masculus feĩaz cubat. Carnes pulloꝝ eius edibiles sunt ⁊ maxime si excorient̃. Hãc auẽ nonnulli falso opinant̃ eandem esse q̃ garrulũ sed multa inter eas est dr̃a. Nã graculus (vt dictũ est) vnius est coloris. Garrulus aũt colore distinctus ex diuersis plumis. Dictus ãt est a garriendo. non em̃ eam q̃sq̃ transire p̃t ꝯ quẽ non garriat: Ceterarum etiã auiũ voces vel modulos nõ ad delectamẽta leticie sz tm̃ ad garriendũ dicit̃ imitari: Tanta plumaꝝ varietate distinguitur. vt nullus ei ceteraꝝ auiũ calor deesse dicat̃ Captus in iuuentute clauditur vt articulata verba loq̃ doceat̃. q̃ etiã vbi didicerit magis garrire gescit. Et q̃nq̃dũ garrulitate intendẽs sibi nõ prospicit nisus eã ĩopinate rapit freq̃nter ĩsaniare dr̃. ita q̃ plerumq̃ inter furcatos arborũ ramos se suspendit.

Operationes.

A Pli. li. viij. Gracula q̃z sicut ⁊ alie q̃dã aues lauri folio ãnuũ fastidiũ purgãt B Idẽ li. xviij. Graculi sero a pabulo recedentes hyemẽ presagiũt. C Ysidorus. Est em̃ loquacissimũ genus et vocibus importunum.



Ca.lvj.

¶ Grippes. Ysidorus. Grippes vocatur eo q̄ sit animal pennatum z quadrupes. Hoc genus ferarū in yperboreis nascitur montibus: Omni corporis parte leones sunt, alis z facie aq̄lis similes equis vehementer infesti: Ma z homines visos decerpunt. Solinus In asyatica scythia terre sunt locupletes i habitabiles tamen Nam cum auro z gēmis affluant. Grippes vniversa tenent alites ferocissimi z vltra omnem rabiem desevientes, quorum immanitate obsistente, ad venis accessus ratus est. Visos quippe decerpunt velut geniti ad plectendam auaricie temeritatez. Arimaspi cum his pugnant vt lapides qui ibi sunt intercipiant Ex quib⁹ sunt smaragdus, sicenicus z cristallus. Ex libro de naturis rerū. Grippes est auis quadrupes. capite z alis aq̄le similis sed multo maior. tamen in nido suo lapidem agathem ponit nec dubium quin ad aliquod remedium. Hij equis et hominibus maxime infesti sunt. et homines armatos preliando superant et occidunt. Grippes dicuntur aurum effodere z in effossi inspectione gaudere. Albertus in libro de naturis animalium. Grippes in posteriori parte z cauda z posteriorib⁹ cruribus imitatur leonem. Habet etiam vngues lōgos ex quibus ciphi fiūt

Johannes monteville dicit. Corpus magni grippis maius esse octo leonibus de ptibus istis, nam post q̄ bouem equū vel hōiem etiaz armatum occiderit leuat z asportat pleno volatu Illi⁹ vngule sunt tanq̄ cornua bouis de quibus fiūt cyphi ad bibendum qui reputantur valde p̄tiosi, fiuntq; de pennis alarum eius arcus rugidi z fortes ad iaciēdum missilia z sagittas.



Ca.lvij.

¶ Gricocenderon sive gracocenderon: Albertus in libro de naturis animalium. Gracocenderon auis esse dicitur magna intra omnia volatilia minus vtens coitu. vno em̄ coitu i estate implet. feminam ad filiarum fecunditatem z sic toto anno nō coit amplius.



Ca.lviij.

Girfalco ⁊ gosturdo. Girfalco venit a partibus transmarinis ī cohorte multaꝝ aucaꝝ siluestrium. quaꝝ vnam de nocte ꝓpter frigus pellēs sub pedibus suis. aliā de die capit ī cibis Actor. Girfalco idem dr̄ esse q̄d herodi⁹ De q̄ pleni⁹ dr̄ inferius. Ex li. de na. reꝝ Gosturdi sunt aues admodū ꝑue. coloris terrei: cristā paruā ex plumis hn̄tes in capite nec aliaꝝ auiū more volantes. q̄ vēto cogente: nunc alta. nūc yma petunt. De his fertur vulgo. ꝙ eaꝝ oua ī terra posita a bufone. ex q̄bus cū exierint pulli: tūc primum eos parentes curāt eisq̄ cibos ferūt quo adusq̄ volatus temptare pn̄t.



Ca.lix.

Grus. Ysidor⁹. Grues nomen de ꝓpa voce sumpserūt. tali em̄ sono susurrant He dum pergūt vna sequitur aliā ordine lr̄ato. Aresto. Gruib⁹ q̄z natura dedit placabilē cristā ꝑ mediū caput a rostro residentē: Regem hn̄t grues. eiq̄ sunt obedientes. Grus dormiens caput sub alis declinat. ⁊ suꝑ vnū pedem stat. Habent autem rectorem grues qui ceteris dormientibus ⁊ capita sub alis reclinantibus excubat eleuato capite. Grues adinuicem pugnāt. ita ꝙ in hora pugne accipi possent: Ex li. de naturis rerum Per grues domesticas alie capiunt̄ grues. habent carnes reliquis auibus grauiores. Ysidorus. Grues excelsa petūt. quo facilius videant quas petunt terras. Castigat autem voce que cogit agmē. at vbi raucessit succedit alia: Nocte autē excubias diuidunt. ⁊ ordinem vigiliaꝝ ꝑ vices faciunt. tenentes lapillos suspensis digitis quibus somnos arguant. q̄d cauendū est clamor indicat. Dicit Arestotiles: ꝙ ad plagam septentriōalem vltra egiptū in hyeme veniunt quibus pigmei hōies scz cubitales occurrunt ⁊ cum eis pugnāt Pugna gruū adeo fortis est ⁊ pertinax vt manu capi pn̄t. Quādo nubes pluuiosas prospiciunt clamant ⁊ vociferāt. ducem suum celeriores captare volatus solicitāt Cum āt suꝑ terram descenderint vt comedant. dux eaꝝ caput in altum erigit in custodiam oim̄ cetere vero secure depascāt Fertur aūt ꝙ post hyemem volātes a mōtibus orientis harenas aureas ⁊ auricalcum lapidem transgluciunt. ⁊ post in partibus transmarinis reuomūt. Vn̄ dixerūt qui experti sunt ꝙ lapis quem grues euomunt. igne mediāte transit in auꝝ.

Operationes.

A Rasi. Caro gruis g̊ssa est que ⁊ tarde digeritur ⁊ sanguinem melancolicum generat: B Haly. Fel gruis calidū subtile. si cum aqua sansuci naribus īstilletur. paralisi prodest. ⁊ facit titillationez C Item. Occisa grus vna die in estate duobus in hieme seruari debet antequaz comedatur. vt caro digestibilior fiat atq̄ tenerior.





Ca.lx.

Gluta. Ysidorus. Glutis est auis grece sic nomiata; quia longam exerit linguam. Hec instante hieme recedētibus hyrundinibus atq; ciconijs blandiente sibi societate. auide cum eis iter aggredit. Sz postmodū in volatu labore comperto penitentia ducit. ⁊ q̄niam in comitatem r̄uerti piget. sequitur aues aliquas tanto tamen tedio tam paruisq; dietis. vt eam incompleto itinere hiems anticipet. Ecōtra vero citram⁹ auis asye festinantior perseuerat: ⁊ alias aues socias preit r̄dditq; solicitas. ⁊ excitat de nocte somnolentas Arestotiles. Aues galator id est magne lingue. linguam hz prominentem valde. ⁊ hec adiungitur in redeundo cum gruibus ⁊ alijs auibus.

Ca.lxj.

Harpia. Actor. Harpie dicuntur quedam aues maxime que nunq̄ saciātur manducando Item harpie digitos ad p̄dā exacuūt curuis timēdos vnguibus sup mēsas aduolant. ⁊ quod contingunt auferunt. q̄d relinquūt polluunt. Ex li. de naturis rerū Harpia est auis in solitudine. iuxta mare ponticum. fame rabida. fere sp insaciabilis. Ungues hz adūcos. ⁊ ad rapiēdum ⁊ disserpendū sp patos: faciē tn̄ hz hōis sed in se nihil hūane v̄tutis. nā sup̄ modū humanū ferocitate ḡssat. Primū hōiez q̄z in deſto viderit. occidē fert. etiā inde cū fortuitu a q̄s īuenerit faciēq; suā ī eis ꝯtēplata fuerit. mox sui silez hōez occidisse se perspiciens īmodice tristat. ⁊ hoc aliq̄s vsq; ad mortē. Plāgitq; occisuz oī tpe vite sue Hec auis licz careat rōe: aliqn̄ tn̄ domestica ⁊ docta loq̄t hūana voce. Virgili⁹ in iij. eneidū de harpis loquit Extruimusq; thoros dapibusq; epulamur opimis At subito horrifico lapsu de mōtibus adsūt Harpie. ⁊ magnis q̄ciunt clāgorib⁹ alas Diripiuntq; dapes cōtactuq; oīa fedant In mūdo. p̄dā pedib⁹ circūuolāt vncis.



Ca. lxij.

Hyrundo. Ex libro de naturis rerum. Hirūdo est auis leuissima. rostro paruo. cauda etiā furcata forma grata. nigredine decentissima. in ventre candida. sub gutture ruffa modicā habz carnem ⁊ nigram. plumas multas. ⁊ alas magnas. Ideoqz circū hz volatum. diem p̄nunciādo nūciat dormientes excitat. et ad laudem creatoris īuitat. Apricos mōcium recessus hieme petit. ibiqz nuda. ⁊ ī plumis reperitur Aduentus sui tempora custodit. ⁊ aduentu suo veris iniciū ꝓdit Quedam in iecore lapidem celidonium portant. haꝝ pulli in hoc cognoscuntur si pro signo pacis ore ad os in nido cōuersi sedent. Nam ceteri qui non habēt lapidē auersis posterioribus sedent. Ambrosius Hyrundinem accipiamus materne sedulitatis in filios grande documentū. Hirūdo minusculo corpe. sed egregio pre sublimis affectu. In nido constituendo tam sapiens est vt hōim domicilijs ꝑuulos suos cōmendet. vbi nullus eos incurset. ore festucas legit. ⁊ luto illinit. vt ꝯglutinari possint. sed qui lutum pedibus deferre nequit. aqua pennas infundit. vt eis puluis hereat. ⁊ limus fiat quo festucas sibi colligat. ū herere faciat. Philosophus. Hyrūdines ouant bis in anno. sed oua prima qn̄qz ꝓpter hiemem corrumpunt̄. posteriora vero complent̄ ⁊ faciunt pullos. Hyrundines ⁊ passeres pullos incompletos faciunt. ⁊ pullificant pullos multos. propter hoc si extrahatur oculus hyrūdinis pulli dum paruus est. iterum crescit. Ex libro de na. rerum. Hirundinis femina libidinis ymagine cōcipit. aut puluere Celidoniam (vt dicit Pli.) herbam scilicet visui saluberrimam monstrauerunt yrundines vexatis oculorum pullis illa medentes. Hyrundinum quedam nidificant in domibus. quedam in fenestris vitreis. q̄daz in abruptis montium. Et he qualitate et quantitate differunt. Pullus hyrūdinis auide clamat ⁊ ieiunus ⁊ de nocte. Si pullo hyrundinis extrahātur oculi. alias natura restaurante recuperat. In eius ventre lapis inuenitur multis deseruiens vtilitatibus. vnus scz ruffus ⁊ alius albus.

Operationes.

A Dyascorides. Hyrundinis pullum p̄mo defectu p̄me lūe apies īuenies in eo lapides duos. vnum beneficum ⁊ alterū maleficum. B Sed cum apis eum caue ne terram tangat. Hic in pelle vituli vel cerui positus. in collo vel brachio sinistro pacientis ligatus. epilentiam curat. si hoc assidue fiat. C Maiores autez hyrundines si combuste fuerint. Puluis earum melle mixtus ⁊ inunctus caligines oculoꝝ detergit. Hec etiam squinanticos prodest. Et vue fauciumqz tumorem compescit. D Esculapius. Hyrundinis cumbustio vel puluis pullorum eius combustorum morbos faucium curat Cor eius si bibatur idem operatur. E Auicēna. Hyrundinis cinis ⁊ maxīe adusti acuit visum. F Et dicitur q̄ eius cerebꝝ cum melle confert principio aque. G Idem. Hyrundinum stercus valet albugini. ⁊ hoc ipsum esse mirabile sum expertus. H Plinius libro decimo. Fimus hyrundinis decoctus ⁊ potus ꝯfert morsui canis rabiosi.





Ca.lxiij.

Herodios: Ysidorus Herodios greci vocant. quos latini diomedes. Glosa sup Psalmū. c iij. Herodius est auis rapacissima oim̄ volatilium. maior q̄ ⁊ aquilam vincit. Glosa sup Deutro. Herodius vulgo girfalco dicit̄ ⁊ rapit aquilam: Ex li. de na. rer: Herodius qui ⁊ girfalco. vt glosa super Leuiticū dicit in loco vbi aues immūde prohibentur siue girfalcus. vt dicit liber rer appellatur. Est auis inter om̄es nobilissima colore ceruleorum maxima tamen parte corporis ad albedinem declinans. preterq̄ in pectore. ⁊ alis vbi celestē colorē euidentius imitatur adeo fortis est. vt aquilam capiat. adeo q̄z animosus: vt cū post q̄nq̄z grues vel alias quasq̄z aues in aere volātes fuerit dimissus ab eaꝝ persecutōe nō desistit. donec om̄s ad terrā successiue deijciat. Est autem canis ad hoc educatus ⁊ doctus q̄ herodio desup volante ipsas aues deiectas capiat ⁊ occidat. Herodiꝰ cum videt predam. excutiens se animat. ⁊ discernit an ad capiendū apta sit. Carnes crudas ⁊ seruatas non ꝯmedit sed recentes. Herodius parui corpis est respcū alaꝝ suaꝝ.

Ca.lxiiij.

Ibis. Ex li. de na. rerum Ibis est auis sup nilum requiescens. aq̄ tn̄ nunq̄ ingrediens sed eiecta cadauera ꝯmedēs. q̄ cū cib̄ nimis ꝯstipata fuerit. rostro de nature secretis indigestibiles cibos detrahit. Menciūtur plane q̄ dicūt̄ ibites eē cicōias. nisi forte dicāt genꝰ eē ciconiaꝝ ī orbe nr̄o ignotū. Nā ibites dicit Pli. hr̄e rostꝝ aduncū. qd̄ itaq̄z de ciconijs nr̄is falsum est. q̄ rostrū hn̄t longū directū in sūmitate acutū. Hec auis ore parit. ⁊ eiꝰ oua si quis cōmederit morieť. Glosa sup Ysaiam. Ibis est auis aquatica. serpētibus inimica: hm̄ōi aues iosephus a moyse dilatas ī bellū ꝯ ethyopes narrat. quia serpentes habundant in terra illa p q̄ aditus erat. Pliñ. li. x. Inuocant ibites suas egipcij ꝯ serpentiū aduētum. Phisiologus Ibis sp de nocte ⁊ die iuxta littora ambulat. querēs cadauer aliquod q̄d ab aqua iam putridū eiectū sit. refugiens altiores ⁊ puriores vndas. vbi mundi pisces habitāt. quia natare nescit nec dat operam vt addiscat. cum cadaueribus delectatur.



Ca.lxv.

Iboz. Albertus in li. de na. alali um inquit. Ibos auem esse orien talium partiũ. fortem ⁊ odiosam equis existere. habet em̃ hynnitũ sicut eq⁹ sed vox eius est horribilis ⁊ terribilis ad audiendum. ⁊ illa vocando eijcit equos a pascuis. eo ꝙ herbis pascit̃ sicut equus: Inuidie autem ⁊ auaricie causa eq̃s eadẽ auis exoellit de pascuis cũ p̃tis sedet



Ca.lxvj.

Ispida. Albertus in li. vt sup̃. Is pida auis est pulcher q̃ germãice yssfogel vocat̃: colorez hz mediũ inter viridez ⁊ ceruleũ. cui cũ radius solis incipit saphirini coloris esse videt̃ in pe ctore colorem hz carbonũ ardentiũ. circa quos volat: pisciculis ĩsidiat̃ ⁊ v̄miculis.

Operationes.

A De hac dicũt ꝙ pellis eius detracta ⁊ parieti infixa mutat pẽnas ãnis singul̃. sz ꝓbaui in q̃busdam verũ nõ esse. B Dicunt etiã auguria sectãtes ꝙ hec auis cõseruata in thesauris. thesaurus augz et abolet pau ꝑtatẽ. Infra in capl̃o de ybos ⁊ ydros ⁊ ysidaxiane, ⁊c̃. plenius dicet̃



Ca.lxvij.

Riches ⁊ koky. Ex li. de naturis rer̃. Riches est auis que vocibus diuer sis vociferat. ⁊ quolibet fere die vocem suaz mu tat. super arbores nidifi cat. ⁊ glandibus quãdo mature sunt cibuz congregat sufficiẽtem sibi. Educati vero pulli eius. ⁊ ad volatũ

roborati cibant parentes suas in senectu te. faciuntq; eos manere in nidis absq; vl lo labore. Ex eodem li. Kokys est auis in cuius morte vociferant̄ aues. vociferatō ne dolorosa ⁊ suaui. Om̄es q̄z aues vnco rum vnguiū cū viderint pullos suos vola re posse Illos ꝑcutiunt ⁊ a nidis eijciunt nec postq̄ cōpleti fuerint. de illis soliciti sunt. p̄ter kokys q̄ lōgo tp̄e de pullis suis cogitat. ⁊ cū eis volātibus volat. eisq; ad ꝯmedendū dat. Actor Idē alibi de corni ce dr̄. vñ hāc auē estimo cornicē esse.





Ca. lxviij.

Kynius karbolos. Albertus in li. de naturis animaliū: Kyni auis est preda viuens. bone pullifica tionis. ⁊ diligenter pullos nutriens. non solum suos. sed etiaz nutrit pullos aquile subiectos tedio. Eodem libro: Karbolos auis ē pigra. que ne oua sua fouet nec pul los nutrit. sed oua sua latenter in palum bi nido reponit ⁊ a palumbis fouentur ⁊ nutriūtur pulli eius ouis palumbi prius confractis.

Ca. lxix.

Lagus ⁊ lucidi⁹: Jorath Lagus est auis aquatica mergo vt cunq; moribus contraria: Nā sicut mer gus tempestatem maris fugit. sic lagus in tempe state letatur et ludit. Eli cius super leuiticum Lagus est animal in terra q̄ in aqua habitās volat enim et na tat. Actor. Hec est auis vt fertur que vul go vocatur rasle. Ex libro de naturis rer̄ Lucidij dicti sunt quasi lucem dantes. ha rum enim auium penne per obscurum in nocte lucent. Unde qui eas habent quan do volunt preiactis luciferis pennis har̄ gratia vias dirigunt In hercinio germa nie saltu hec auis habitat.



Ca.lxx.

Lagepus auis est. vt dicit albert⁹ in li. de na. aīaliū. sz suū modū natura leporinos hñs pedes ⁊ vell⁹ hñs plumis. ⁊ male volat ⁊ ideo in specubus sub terra viuit. ꝙ qñ ꝓ p̄da aliqñ ꝑsilit statim capta p̄da ad antꝝ redit ⁊ ꝯmedit: Hec auis nō domesticat̄ ⁊ capta moritur ⁊ citissime putrescit: ꝓpter sue complexionis maliciam.



Ca.lxxj.

Linachos. Ex li. de na. rer. Linachos est auis acutiuisus valde: q̄ ⁊ pullos suos anteq̄ hēant alas completas ꝑcutit ad solem aspicere cogit ⁊ si cuius oculus lacrimet̄ ip̄m interficit. alios vero nutrit. Hec etiā marinis auib⁹ cibatur. easq; qñq; desuper in aere leuata natantes ꝯtemplatur. quā ille videntes se submergunt. At illa ꝓpe aq̄s descendit. eas vsq; ad suffocatōem in submersione manere cogit: ⁊ tunc plumis ad suꝑficiez aque deductas rapit.



Ca.lxxij.

Luscinia. Actor ip̄a est filomena. vt ī papia legitur. Ysidorus. Luscinia dicitur quasi lucinia. q̄ cantu suo solet signare diei surgētis exortum. eadem ⁊ accedula a cicerone vocat̄: Ambrosius. Luscinia peruigil custos cū oua quodam sinu corporis ⁊ gremio fouet in somnem longe noctis laborem cantilene suauitate solatur quo possit non min⁹ dulcibus modulis (vt mihi videtur) q̄ fotu corporis oua animare que fouet. Plinius libro. x. Luscinijs diebus ac noctibus cō

tinuis.xv.garrulis sine intermissu cãtus est. Sensante se frondiũ germine digna miratu auis. Primũ tanta vox in tam par uo corpuscl'o.tanq̃ ꝑtinax spũs. Deinde in vna musice perfecta scientia modulat⁹ editur sonus.⁊ nunc continuo spiritu tra hitur in longũ nunc variatur inflexo.nũc distinguitur consciso copulatur in tortu. Itaq; cesaris iuuenes habebãt luscinias greco ⁊ latino sermone dociles. Preterea meditantes in diem assidue noua loquen tes. Postremo hieme ipsa non cernit̃.lin guis earum tenuitas illa prima non est q̃ ceteris auibus. Pariunt in vere ꝑmo plu rimum sua oua.





Ca.lxxiiij.

Magnales. Albertus in libro de naturis anima lium: Magnales aues sunt orientis valde mag ne:pedib⁹ magnis et ro stro hominibus non no centes. Piscibus ĩ flumi nibus ⁊ in alijs stagnis insidiãtur ⁊ illos comedunt.

Ca.lxxiiij.

Merula: Ysidorus. Merula antiq̃ tus medula vocabatur eo ꝙ mo duletur. alij ãt merulam aiũt vo citatam:quia sola volat quasi mera volãs Hec cum in oĩbus locis nigra sit ĩ achaia tamen candida est. Pli.li.viij. Merula so lio lauri fastidium annuũ purgat. Idem in li.x: Abeunt ⁊ merule in vicina sed plu mam nõ amittunt.nec occultant̃ nisi spe cibi quo hybernũ pabulũ petũt. Merula ex nigra ruffescit Estate canit.hyeme bal butit:circa solsticiũ mutat rostrum:ãnicu lis in ebur transfiguratur dumtaxat mari bus. Ex li.de na.rer: Merula dicebatur olim medula:quia mirabl'es vocis modu los reddit.maxime cum vernũ temp⁹ im minere prospexerit. Naz hyeme tacet aut tantũ balbutit. Olim merula fuit spectan dum in clero miraculum.que arte huma na edocta nouem notulas in ordine secũ dum musicã cantabat.ita perfecte vt nul lus musicorum eam aliquatenus imitari posset parilitate concordantie. Hec auis croceum quantulumq; colorem habet in pectore.reliquum vero corporis occupat nigredo: Merula domestica contra natu

ram carnes comedit: ⁊ hec dulcius canit. libenter se balneat. et plumas rostro purgat. Cunq; nigra sit ⁊ turpis in delectationem mouet seipsam: ꝓpter amenitatem vocis. Merula plumas nõ exuit. sicut cetere aues. sed rostꝝ suũ singulis annis mutat in candorẽ: ⁊ in hyeme vix potest volare propter pinguedinem.

Operationes.

A Haly. Merulaꝝ fimus qui risum comedunt si tritus sit. et cũ aceto distempatus. morpheeq; nigre suꝑponat̃. eã extirpat: sic q̃z lentiginem elimat.



Ca. lxxv.

Mergus. Ex li. de na. reꝝ. Mergus flumina stagnaq; innatat. et pisces ꝑsequit̃. sic dictus eo ꝙ in aq̃s se mergat. diutius tñ sub aq̃s morari non valet: qm̃ in aere spm̃ recuperat. qñ ꝑcuti debet in aqua mergitur. Serenus sulpitius tradit: ꝙ quedam eaꝝ species est. quaz a re cornutam vocant. eo ꝙ rubeas plũas in capite instar cornuum habet. Contra om̃e genus auiũ pedes hñt in cauda ita vt cum in terra stant sicut homo gestu pectoris eriguntur. Has aues beatus Martinus diuina virtute coegit aquã ꝯtra naturaz suã deserere ⁊ arida loca desertaq; petere. Harum pulli statim vt oua exeunt tanto vigore pollent. vt si matrẽ eos ꝑdere cõtigerit virtute ꝓpria viuãt. Et vt dicit exꝑimentator. In hyeme pinguiores sunt propter paucitatez motus. Om̃e em̃ aĩal sereno aere gaudet. ⁊ in eo plus vagatur. Pli. li. xviij. Mergi sicut cetere aues aquatice pẽnas rostro purgantes aut maria aut stagna fugientes p̃sagiũt ventũ.



Ca. lxxvj.

Merillus ⁊ Meropes. Ysidorus. Merillus auis est non multo maior merula: colore quoq; prope similis. sed rostro pedibus vnguibusq; dissimilis. prede cupidus est Sed quia paruus ⁊ parui roboris. paruarum auium est persecutor. Hij sicut accipitres ⁊ herodij socialiter volãt. Imbuiq; quatuor ex illis possunt: vt cignum hoc modo capiant. Primus ex eis cigni caput inuadit. Secũdus ⁊ tercius ex vtroq; latere binas alas. Quartus vero collum ⁊ pectus. Et sic cig

nus auis grauida angustijs circumsepta
mouere se non valens ab aucupe preuēta
capitur ⁊ occidit̄. Idem. Meropes ē auis
hn̄s in dorso colorez ciameū. pectore sub
rutilum. in ventre pallidum. hec naturali
calore abundans antra septem pedibus
altitudinis in terra fodit ibiq; nidificat
ac fetus facit ⁊ eos vsq; ad robur debituz
illic absconditos pascit ⁊ nutrit. Iorath.
Meropes soliciti sunt de pullis suis. ⁊ qn̄
iam senescūt ⁊ volare neq̄unt. pulli fouēt
eos ⁊ alunt quousq; viuūt.



Ca. lxxvij.

Melancorisus ⁊ morfex. Albertus:
in li. de na. aīalium: Melācorisus
sic dicta quia mortificat. Auis ē
vt dicit Plinius quantitate parua. fecun
ditate magna Nam vltra. xx. oua fouet ⁊
om̄es inducit filios: ⁊ ita diligēter pascit
q̄ in nidis pinguissimi sunt. ⁊ cum a nido
volant ꝑ turbas matrem secunt̄. nec ipsa
deserit eos donec ꝑ seip̄os sibi ad ꝓcura
tionem sufficiant. In lib̄. vt sup̄. Morfex
auis est aquatica ⁊ magna. Rostrum ha
bet serratile ⁊ forte. ⁊ vngues fortes. ⁊ mer
gitur sub aqua ⁊ capit pisces magnos. et
precipue anguillas ⁊ gregatim nidificat
in arboribus iuxta aquam ⁊ pascit pullos
piscibus: ⁊ sunt voraces. et dicitur de eis
quando auolare debent a nido: si senciūt
se nimis grauari cibis de nouo sumptis.
euomunt eos vt leues fugiēdo volare po
ssint. ⁊ qui non euomunt aliquando pere
uut Stercus huius auis siccat arbores in
quarum ramis cadit Hec auis saturata
expandit alas ad solem insidens palis et
arboribus vt siccentur ⁊ quando incipit
volare vix eleuat̄ ⁊ caudā diu ī aq̄ ducit
vn̄ ⁊ a q̄busdam humusculus vocat̄



Ca. lxxviij.

Mennonides Meauce ⁊ Merusti
ones. Albertus in lib̄. de na. ani
malium. Mennonides aues a lo
co ab egipcijs sic vocatas. De egipto em̄
volant ad nilum ad sepulchrum mēnonis
philosophi. semper in quinto anno. et cū
biduo ibi circūuolauerunt tercō die pug
nam ineunt et se rostris et vnguibus lace
rant: ⁊ tunc reuertuntur in egiptum. In
libro vt sup̄. Meauce aues sunt ab muta
tione vocis sue sic dicte: Sunt autem an

tibus maiores: et sunt breui colli, et breui bus pedibus. coloris cinerei. oculis glaucis. rostro ex pte croceo: ⁊ ex pte rubeo sp clamans meauca. cadaueribus cupidissima. ⁊ precipue hōim: vñ ⁊ gaudet in tempestate. Insidiatur tñ etiam puis aīalib⁹ ab istis auibus Etiā multe alie aues apd marinos meauce vocantur. In eodem libro. Merustiones aues sunt parue rapaces tamen ⁊ aliquid habent de falconum natura. socialiter ⁊ volant ad predam: et aliquando quatuor docētur q̄ spe auxilij hominis cignum ꝓsternūt. ⁊ tūc vnus capiti. duo autem alis insidētes. ⁊ quartus pectus oppugnans. cignū opprimendo deijciunt. vt ab aucupe capiat̄. qñ autem siluestres sunt paruaꝝ auiū sunt insecutrices. Sunt aūt in figura ⁊ colore fere sicut merule. excepto q̄ pedes vngues ⁊ rostrū hūt ad vncos ad capiendū.



Ca. lxxix.

Miluus. Ysidorus. Miluus dicit̄ quasi mollis auis. s. viribus ⁊ volatu rapacissimus tamen est. ⁊ sp domesticis auib⁹ insidiat̄. Ex li. de na. rerum. Milu⁹ vngues pedes ⁊ rostꝝ aduncū hz instar accipitris. sz alas curuas ⁊ nō rectas: in q̄ est ei dissimilis. Audax est ī parvis. Timidus in magnis: fugat̄ a niso q̄uis in triplo sit maior illo. circa macellas excubat: ⁊ circa cadauera. Iecur eius medicinale Plinius laudat. Glosa sup Iheremiam. Aues sua tempa norūt. qñ scz ad calida loca festinātes rigorē hiemis debeant declinare: a p̄ncipio veris ad regiōes solitas redire. Vñ scriptū est: Miluus nō apparet nisi in estate. sicut nec turtur ⁊ hirundo. In hieme nāq; mauent in nido vl' latent in cauernis arboꝝ. vel ad loca calidiora se transferunt. Iorath: Milu⁹ cubitus cū a nido egredit̄ in ꝯplemento alarū suaꝝ aues magnas venat̄ Cūq; fortior sit magis debiles capit. In ꝯplemento autē viriū suaꝝ muscas ⁊ culices ac lumbricos terrestres venat̄. ⁊ tūc fame morit̄. Ex auiano. Milu⁹ insidiat̄ auib⁹ dōesticis. maximeq; pullis ⁊ q̄s īcautos viderit statī rapit: Circa coq̄nas etiā ⁊ macella volitat: vt si q̄d carnis crude ꝓijciat̄ foras velocius rapiat.

Operationes.

A Pli. li. xxix. Milui iecur ad inūctōes oculoꝝ vicioꝝ laudat̄. B Idē in li. xxx. Ex nido q̄z milui surcul⁹ vitis alligat⁹ ceruicis. neruis ⁊ opistotano auxiliari dr̄ C Comicialibus etiā iecur milui deuoratum medetur.



Ca.lxxx.

Monedula ⁊ muscicapa. Ysidorus Monedula dr̄ quasi monecula: que cum aurum inuenit aufert et occultat. Vn̄ Cicero ꝓ valeriano flacco. Non plus aurum tibi q̄ monedule committendum est. Arestotiles. Monedula pugnat cum bubone. quia bubo debilis est visus de die. propter hoc rapit coruus ille bubonis oua ⁊ comedit ea sicut dcm̄ est supra. Ex libro de naturis rer̄: Monedula quasi monetam tollens. aut diligēs dicit̄. auis est nigra sed formosa ⁊ grata. hominum voces in pullo edocta imitat̄. In matutīo cum orto solis sola citius discretius ⁊ tenacius r̄tinere dicitur. Huius carnes pruritum capitis excitant. nam et ip̄a appetit in capite fricari. Ex li. vt sup̄ Muscicapa est auis maior columba: plumas habens vt lanarius: Pedes ⁊ rostrū vt hyrundo. que licet oris rictum habeat amplissimum propter muscas ⁊ cinifes q̄bus solūmodo vescitur. Rostrum tamen inter aues comparatōne sui corp̄is habz paruissimū ⁊ pedes similiter.



Ca.lxxxj.

Musca. Actor. Musce vt fert̄ ex inmundicia nascunt̄. immūdis adherent. ⁊ loca immunda frequentant. Inquiete sunt ⁊ importune ⁊ infeste pungitiue ac tumultuose. Ysidorus Musca ex greco vēit sicut ⁊ mus: Hee sicut ⁊ apes necate in aqua aliquociens post vnius hore spacium reuiuiscunt. Arestotiles: Animulia duas alas habentia tantū pūgunt aculeo. qui est interiori sui capitis vt musce ⁊ mustiliones. Cunq; quodlibet anulosum habeat membrum per q̄d sentit cibū Musce ac mustiliones hoc membro pungunt ⁊ sanguinem extrahūt. Musca sicut ⁊ apis non facit strepitum ac sibilum nisi volando scz alas per aerem inter ipsas ⁊ corpus cadentem extendendo ⁊ cōtrahēdo: Musca ⁊ formica non sunt nidificantes: In hyeme coeunt si aer cōueniens fuerit ⁊ ventus meridionalis flauerit. Nō autem sep̄antur ī coitu. nisi grauiter quedam anulosa: qr coitus in eis multum durat. vt patet in muscis ⁊ araneis: Musca habet aculeum sicut apis extra. eius natura est mollis ⁊ vacua. per ip̄m gustat ⁊ sentit ac cibum attrahit. Hz itaq; dētes muscarum genus ⁊ apum. qui cum sunt sil̄es dētibus aliorum. Ex li. de na. rer̄. Musca ꝓteruolat: ⁊ circuumolādo strepitū facit ex aere circumagitato. Inter alias rostrū hz quasi cannā ꝯcauam pedibus posterioribus alas acuit anterioribus autem. rostrum ⁊ caput lucē diligit nec in tenebris ābulare nouit Ad calorē se libētius ꝯfert.

Operationes.

A Auicenna in. iiij. canone. Muscas interficit arsenicū: qn̄ de illo ponit̄ aliq̄d in lacte ⁊ sugunt musce. Interficit etiam eas fumus eius ⁊ fumus thuris atq; decoctio ebuli nigri. B Haly in li. vbi supra. Musce prosunt oculor̄ doloribus. et sui palpebrar̄. C Que si ꝯburant̄ et cū melle sup̄ alopicie loca ponant̄. capillos ꝓducūt. D Pli. li. xxiiij. Musce q̄dem necant̄. si locus folior̄ sambuci decoctione spergatur.



Ca.lxxxij.

Nicedula. Ysidorus. Nicedula est genus corui q̄ pugnat cū bubone. Coruus eñ oua bubonis rapit. quia paꝝ vidz in meridie: ⁊ ea ꝯmedit: Oua corui similiter de nocte. Actor: Idē dcm̄ est sup̄ sez de monedula vñ videt̄ idē esse. sz forte diuersitas illa nominis ꝑuenit ex vicio scriptoris.





Ca.lxxxiij.

Nisus est auis: vt habet̄ ī li. de na. rer. nobilis forma ⁊ robore mīor q̄ herodius. sed vnꝰ est color plumarum ambobus ⁊ tamē socialiter volare recusant. Nam inuidia fertur ⁊ fastu: et cum impetit solus ambit honore victorie potiri: hoc q̄dē estimari potest ⁊ forte merito sed reuera magis credibl'e est: eum solum prede inhiare: ne dum in volatu socium habuerit: pastu q̄z sodalem accipiat. ñ eñ dubia fides est. nisum parē sui generis dedignari. ⁊ velut alieni generis auez persequi. ⁊ hoc contra omnium auiū genꝰ Nam vt dicit Arestotiles: Oñis auis in volatu predam capiēs parcit sui generis auibus: Solus ergo nisus expers est. generositatis huius ⁊ hoc cum ip̄o homine qui inter animalia terrestria animali sui generis insidiari non cessat: Alexander Nisus ac triciolus: locum eligunt in quo aues captas deplumant singulis diebus multaq̄z diligentia mundant q̄ diu cōpares aues incubant. quibus ⁊ eas mīstrant Actor: Est autem nisus aucupantium volucrum mīma. sed ꝓ sexu ⁊ natura sua ad aucupandum ꝓmptissima. falconū generibus adiungitur.



Ca.lxxxiiij.

Nocticorax vel noctua. Exli. de naturis rerum. Nocticorax dicit noctis cornus. lucifuga enim est. et nocte cibos suos querit. Maz si de die volaret a ceteris auibus impeteret. Nocte (vt vulgus opinat) mortem hominū prenunciare videt vocibus importunis. caput habet ingens. Nec vt aues cetere formatum. Rostrum habet aduncū vt nisus Ungues hamatos z aspos in domicilijs vt parietibus. precipueq; rimosis. que si nec tecto sunt libenter habitat. z pullos suos fouet. humanis vocibus delectat. mures z omne genus earum psequitur. Ysidorus. Nocticorax ipa est noctua. Quia noctem amat. Est enim auis lucifuga id est lucem fugiens z solem videre non patitur. Noctua dr eo q nocte circumuolet. hanc insula cretensis non habet. z si veniat aliunde, statim moritur. Ambrosius. Noctuaq; z nocticorax magnis z glaueis oculorum pupillis nocturnaz tenebraz non sentit horroreż. z que fuerit obscurior nox eo crebrior volatus exercet in offensos. Die autem videre nō potest. quia exorto splendore. visus eius ebetatur. Habet autem z noctua cātus suos. Glosa sup psalterium. Nocticorax est auis vigil. theter cornus noctis. habitans in parietinis. q̄ vulgo ruine dicunt. vbi parietes stant sine fundamento. Vñ scriptum est Factus sum sicut nocticorax ī domicilio. Glosa sup Leviticum Noctua est auis rapax de nocte.



Ca.lxxxv.

Nepas sive Nepa. Albertus in libro de na. aīalium. Nepa auis ē longi rostri. in dorso coloreż hz pdicis ī vētre nisi rostz āt molli luto infigit z cibū vmium reqrit. z si aliqñ pfundius defixo rostro hesit. pedib⁹ lutū eruēs se liberat. hec in die q̄escit. z ī aurora z crepusculo volat. z ideo tūc ī altū elevatis etiam retib⁹ capit. z hz carnes dulces ad pmedēdum: hanc sicedulā q̄dam vocauerūt.



Operationes.

Plī. Huius carnes paliticos curāt.

Idem li. xxix. Noctua est contraria apibus atz vespis. crabronibus z sanguisugis. Huius cerebrum coctum ī vino vel cibo sumptum. remedium est capitis doloribus. Idem libro. xxx. Noctua quoq; noctue per triduum in vino data. tedium adducunt ebriosis.

Ca.lxxxvj.

Onocroculꝰ. Ex li. de na. rer: Onocroculꝰ ē auis q̄ ī sil' multas r̄condit escas: et pꝰ modū extrahit ⁊ mā ducat eas. Pli: onocroculꝰ similitudinē oloris hz. nec distare estimarent̄ oīo. nisi faucibꝰ eiꝰ īesset alteriꝰ vterigenꝰ. huc oīa īexplebile aīal ꝯgerit. mira vt sit capacitas. mox ꝑfcā rapina sensim inde ī os reddita: ī verā defert aluū rumināt̄is more hos gellia septētriō al' ꝓxīa occeāo mittit. Ysi. Onocrocalō vocāt aues rostro lōgo q̄ꝝ duo sunt gn̄a. Actor: Onocroculꝰ (vt legit̄) auis ē rostro lōgo simil' cig̃ sed maior: porro iuxta Ihero. (nisi fallor) ē auis illa q̄ fixo ī palude rostro horrē declamat. q̄ etiā ī ysaia vocat̄ vlula q̄i ab vlulatu. ⁊ dr̄ ī vulgari butoriꝰ. de q̄ dcm̄ ē sup̄. q̄ etiā de ꝓfūditate terre l' aq̄ cibū trahere putat̄. Ex li: de na: rer. Onocroculꝰ ē auis de ꝑtibꝰ oriētis. q̄ cū vocē edē voluerit. caput ī aq̄s pōit: et illic īstar rugitꝰ clamorē emittit In faucibꝰ q̄sdā hz folliclos ī q̄ ꝑmo cibū ꝯcipit. ⁊ post horā in ventrē suū mittit. ibiq̄ eū digerit.



Ca.lxxxvij.

Opimachus. Ex li: de na. rer. Opimachus est contrarius serpētibꝰ ⁊ pugnat cum eis. Ophis eū serpens. machos pugnās: Actor. Opīachꝰ vt in Leuitico legit̄. est ex volucribus mūdis secundum legem. ex hijs videlicz que gradiūtur quidem super quatuor pedes. sed habet longiora retro crura per que saliunt supra terram. Estimo autem hūc inter volatilia minuta debere numerari: sicut bruchum ⁊ locustam. que sunt eiusdez generis. sicut ibidem legitur. De attaco vero q̄ ibidē in eodem genere reputat̄. nihil me penitus alibi legisse memini:



Ca.lxxxviij.

Oriolus ⁊ Origometra. Ex li. de na. rerum. Oriolus est auis sic dicta vulgariter a sono vocis: coloris aurei per totum: excepto q̄ ī alis habz pennas. quadam cerulei varietate distinctas. Nidum in ramis arborum minutissimis mira subtilitate dependit. Ita vt in aere solo pendere videatur de terra cernentibus. Ipsum quoq̄ nidum ab imbre camerat ac densa fronde protegit.

Ysidorus. Ortigometra. diciturq; gregē cucurnicum ducit. Unde de hac dictū est superius in capittulo de cucurnice: Pli. libro: x. Cucurnices aquilone volant maxime ortigometra duce. primam eaꝝ propinquantem terre rapit accipiter ac sepe hinc comitatum solicitāt abeuntq;





Ca. lxxxix.

Osyna ꝛ Ossifrago: Ex li. de na. rerum. Osyna est auis magna vt cignus: fluuios ac piscinas inhabitās. rostrum habet magnum ꝛ a gutture vsq; ad pectus instar saceīli receptaculum longum ꝛ amplum in quo magnam simul r̄ponit copiam piscium. vt scilicz in tanta mole diffusa. natura nō egeat. paulatimq; digestis in ventre cibis inueniat paratum quod prebeat. Nunq̄ aues huiusmodi nisi in aqua diffusiori ꝛ piscibus habundanti habitant. quia citissime paruam aquam ꝛ si piscibus copiosaz ingluuie sua vacuant. Ysidorus. Ossifragus vulgo appellatur auis que ossa ab alto dimittit ꝛ frangit. vnde et hoc nomen accepit. Plinius libro decimo. Alieti quidez suum genus nō habent. sed ex diuerso aq̄larum coitu nascūtur. Id autem quod ex alietis natum est ossifragi genus habet Equibus minores vultures progenerantur. pullos autem ab aquila deiectos ossifragi genus excipiunt: ꝛ cū suis educāt.

Operationes.

A Idem in libro: xxx. Ossifragi. Uēter arefactus ꝛ potus confert hijs qui cibos non digerunt. vel si tantum manu teneāt capientes cibum: cōfert adalligatus sed non continue. vnū autem est. Ossifrago ī testinum om̄ia deuorata cōficiens cuius extrema pars adalligata ꝓdest ꝯ collū.





Ca. xc.

Othus. Plinius libro decimo. Othus est auis bubone mīor: noctuis maior. Aureis plumis eminentibus. vnde ꝛ nomen illi. Quidam latini asyonem vocant imitatrix aliaꝝ auiū ac parasita ꝛ quodam genere saltatrix: capitur haut difficulter vt noctue intenta ī alio circumeunte alio. q̄ si ventus agmen aduerso flatu ceperit inhibere ponduscu lis lapidum apprehensis aut gutture harena repleto stabilitate volant.

Idem ī li. xj. Itaqz buboni ⁊ otho plume sunt velut auree. Arestotiles. Deniqz quidam othum vocant bubonem: deprehenditur autem qñ venator incipit se mouere ad oppositam partem. Ex li. de na. remz. Othus est auis que vulgariter huans dr a sono vocis. nocte namqz huhu horrifice clamat: im ꝓprie vocem humanā simulat Ita vt hominē cōtractum frigore clamare credas, sed tenas speciales habet in qbus hmōi voces ꝓfert. In ceteris ār vt in plurimū muta est. Hec auis bubone minor est: noctua maior. aduncum hz rostrū ac pedes ⁊ eminētibus plumis habere videtur aures: preda viuit. carnibus vescit mures ꝓsequit. ⁊ ab auibus ceteris odio habetur.



La. xcj.

Ola. Almansor tractatu tercio capitulo de ouis. Oua galline ⁊ ꝑdicis plus alijs ꝓuenientia. Post hec oua anatis in bonitate existunt. qui malum efficiāt nutrimentū. Alia vo oua sicut oua que sunt quarum auiū aut magnarum ꝓmedenda non sunt nisi medicine causa. Dico vero ouoz ꝑdicta genera galline videlicet atqz ꝑdicis sperma valde augmentant. atqz ad coitum stimulando incitant. Anserum aūt oua fastidium faciunt grauem hñtia odorem. sed gallie ⁊ perdicis oua temꝑata sunt ⁊ ꝓuenientia. Vitellus q̄ oui in caliditate temꝑatus existens bene nutrit. Albumen vero frigidū est. ⁊ viscosum: durecz digeritur. Sāguif etiam ex eo gñatus non est bonus.

Operationes.

Serapion. Que eligimus sunt oua gallinarum: non ergo oportet q̄ narrem⁹ aliorum ouoz virtutem. quia eorum natura est eadem cum natura illoz. Et complexio qdem oui est frigidior corpore temꝑato: hā infrigidat infrigidatiōne temꝑata ⁊ deliccat sine mordicatiōe. Et oportet vt administrentur ex eis illa q̄ sunt recentia. quia vetera non sunt bona. Albugo qdem oui administratur ī doloribus omnibus in qbus est necessaria medicina que non mordicet sicut sunt dolores oculorum ⁊ apostemata ani. ⁊ pectis: ⁊ oīa vlcera fraudulenta mala. ⁊ cū medicinis que abscindunt sanguinem q̄ fluit a miringis cerebri. Et quando imbibitur in eo lana et ponitur sup combustionem ignis aut aque bullientis confert multum. Et est bonum in emplastris qui ponunt̄ super frontem. ⁊ facit adherere pilos. quorum ortus non est directus ī palpebris. post q̄ miscetur ei medicina conueniens ad hoc sicut olibanum ⁊ maxime pingue ex eo quod non est antiquum neqz nimis siccum. Et iumentū est in hoc non propter complexionem que ē in eo sed propter viscositatem. Vitelli vero ouorum substantia similis est substantie albuminis. Et propter hanc causam miscetur cum cerotis q̄ non habent mordicatiōnem. post q̄ fuerit elixatum aut assatum. Parum enim assatum deliccat superfluitates paucas. Et nos qdē estimauim⁹ q̄ hoc qō acq̄rit ex hac virtute egressum est a sua complexione.

F Et miscet̃ similiter in ẽplastris q̃ pro
hibent ap̃ata ca. G Raby Moyses
cap̃. de ouis: Oua ĩ se recentia sunt cibus
ꝓpinq̃or sanguini. sꝫ oua dura assa sunt
ex cib̃ g̃ssis viscosis: H Et oua iuuãt
ad coitũ ⁊ maxĩe cũ cepis ⁊ rapis. I
Gal. sup̃ illo amphorismo Eoꝝ q̃ nutriũt
Oua nutriũt paꝝ ⁊ tarde. ⁊ maxĩe ĩ aq̃ co
cta. ⁊ oua sunt g̃ssus cib⁹ sicut ius tritici et
pisces. vitella eoꝝ cũ ol'o rosato ⁊ croco re
mouent dolorẽ podagricoꝝ. ⁊ si multum
doluerint misceat̃ modicũ opij ⁊ iungant̃
K Cõtra ĩcendium ignis fiat vnguẽtũ
satis ꝓbatum ex vitellis ouoꝝ recentium
oleo rosato: cera alba ⁊ sepo arietino:
L Et idem valet succus plãtaginis cũ
albumine ouoꝝ recentium et succo cucur
bite Albumen oui cũ vitello ĩ vrinall posi
tum alic⁹ suspecti q̃ quouismõ sumpsit ve
nenum interius. infra certas horas illud
patefacit vbi sit: qm̃ si sit vltra gibbũ epa
tis: sꝫ in venis vel vijs vrinalibus nigres
cit ⁊ fetet: M Si vero sit citra conca
uum eius: vt in orobo vel intestinis alijs
rugatur ⁊ citrinescit. sed non fetet Hoc re
peri in margine cuiusdã serapionis apd̃
capl'm de vrina. ideo hoc etiã hic addo
N Auicenna li: ij. cap̃. de ouis: Melio
ra ex eis sunt oua galline recẽtia. Et meli⁹
q̃d est in eis est vitellus. O Et meli⁹
eoꝝ artificiũ est vt non cum alio cõgelent̃
Post oua aũt gallĩe sunt oua auiũ q̃ cursu
eaꝝ ꝓcedunt. P Oua v̄o anatis et si
milia sunt mali humoris Oua sunt ad eq̃
litatem tendencia sed ip̃oꝝ albumen ad
frigiditatẽ. ⁊ vitellus ad caliditatẽ. Q
Amplius oĩa oua precipue oua passeruꝫ
augmentum faciunt in coitu. R Et
dicitur ꝙ cum oua anseris miscentur cum
ol'o. ⁊ distillatur tepida in macricem pro
uocant menstrua post quatuor dies:
S Et idem ĩ li. de viribus cordis dicit
ꝙ confortant cor.



Ca. xcij.

P Asser. Ysido: Passeres
sunt minuta volatilia. a
paruitate vocata. Oua
passeris in nido rẽperta
cuculi ꝯmedũt: ⁊ sua obi
ciunt. ⁊ post illa suscepta
fouent ⁊ nutriunt: Ex li.
de na. reꝝ. Passer in tectis habitat. grega
tim ad pastum volat. om̃ibus auib⁹ cali
dior est: cito digerit quicq̃t glutit: vñ cor
pus eius neq̃ q̃ cibo sumpto impĩguat sꝫ
tm̃ sustentat. Stercus etiã ei⁹ calidissimũ
est qñ emittit̃. Sup̃ modũ q̃z luxuriosus ẽ
⁊ ĩ furorẽ citius ꝯcitatus. sꝫ nulla mora dis
cordie. Dicit Aresto. ꝙ mas tm̃ vno ãno
viuit. feĩa vero diutius. q̃d de passeribus
orientis credim⁹. nã ⁊ illa nigredo de qua
dicit ꝙ est in collo masculi. nõ est ĩ eis qui
sunt apud nos. sꝫ in europa. Etas passe
ris apparet in rostro: quia iuuenis hꝫ illd̃
cenerꝝ. ⁊ circa fauces croceũ: Senex v̄o du
rum ⁊ nigrum In q̃busdam orbis ꝑtibus
morbũ caducum hec auis patit̃. Et hoc
vt Aresto. credit quia semen iusq̃ami co
medit. Hui⁹ pulli cũ euolare debent: vici
ni passeres cum eoꝝ parentibus conatus
ip̃oꝝ euolantiũ comitant̃ vt imbecilles si
necesse sit pluriũ ꝯstipatõe confortentur.





Ca.xcix.

Pica. Ysidorus. Pica dr̄ quasi poetica. eo ꝙ verba in discrimīe vocis vt homo exprimat. Ex li. de na. rer. Pica est auis calidissima alba ⁊ nigra varietate distincta. linguam habens latiorem. qua sermonem imitat̄ humanū Nidum suū inter loca spinosa constituit: cumq; terra interius ⁊ spinis exterius ī circuitu subtus ac desup̄ diligētissime sepit ac munit. Artissimū em̄ tm̄ foramen p̄ q̄d ingradiatur in latere r̄linquit. ⁊ hoc eo loco quo nidus inaccessibilior est. quez cum ab hōie visum senserit. oua transfert alia cōmoditate digitoꝝ iuuante. Phisiolog⁹ Pica garrula breuitatez alarum causa lōgiore recompensat. nidum suum cum duobus foraminibus construit. per quorum vnum intrat ⁊ alteram caudaz emittit In hoc autem cōmēdabilis: ꝙ curie vel orta in quo nidificat ꝓspicit: multo clamore ꝓdit. ita vt a ꝓposito reuocent̄ infelici.

Operationes.

A Ex li. de na. rer. Carnes pulloꝝ eius ad acumen oculorum mandi dicunt̄: q̄ tm̄ nisi prius excoriati fuerint, facile coctioni non cedunt:

Ca.c.

Picus. Ysidorus. Picus a saturni filio nomen sumpsit. q̄ eo ī auspicijs vtebatur Ferunt em̄ hāc auē q̄ddam habere diuinū illo indicō. ꝙ in q̄cunq; arbore nidificauerit clauū vel q̄cq̄t aliud fixum est herere diu nō p̄t. quin statī excidat vbi illa insederit. Ex li. de na. rerū Picus martius est auis p̄ua: aduncos vngues hn̄s ⁊ arbores rostro penetrās. cūq; supinus corticem arboris p̄cutit subesse pabulum intelligit: pullos in arboribus cauis educat. In quos cum sagittam vel aliud tale quis miserit. Picus admota quadam herba statim eijcit quantalibet ingestum sit. Ex eoꝝ genere plures nigri sūt. vt merula crocei vt orioli. Sz illi speciosiores ac maiores que sunt in v̄tice rufi. in pectore crocei. circa collum virides. in alis cerulei. in cauda chorusci. Picus ī ag̃ tarentino negatur viuere. Huic propriū est semel in anno caluescere. eo scz tempore quo rapa seminat̄. De hac aue quidaz videtur versum dixisse: Parua loquax volueris dn̄m te voce saluto. Si me nō videas esse negabis auem.



Ca.cj.

Piralis. Pli.li.xj. Piral' siue Pirotes vl' pirausta est musca maioris magnitudinis. ⁊ q̄ in cyprearijs fornacibus ex medio igni volat pennatū quadrupes. q̄ diu est in igne viuit. cū eua serit lōgiore paulo volatu tūc emorit̄. Ex li. de na. ierꝝ. In cipri ꝑtib⁹ ē muscaꝝ gen⁹ q̄drupes q̄ pēnate sunt. ⁊ multo maiores q̄ nr̄e. ⁊ pirole dicūt̄ qm̄ ī fornacib⁹ e medio igniū volāt īpune ⁊ q̄dē mirabile ē. q̄ q̄diu ī igne sunt viuūt. cū āt extra volauerint: paulo longius moriunt̄.



Ca.cij.

Psitacus. Ysidorus. Psitacus ī indie littoribus gignitur. colore viridi: torque puniceo: grādi lingua. ⁊ ceteris auibus latiore: vnde ⁊ articulata verba exprimit. ita vt si eam nō videris: hominem locutum putes. Ex natura autem salutat dicens. aue vel kere. cetera nomina institutione discit hinc ⁊ illud Psitacus a vobis aliorum nomina discas Hoc didici per me dicere cesar aue. Solinus: Sola india psitacum auem mittit. cui rostri tāta duricia est vt cum e sublimi precipitatur in saxum nisu se oris excipiat Ex libro de naturis rerum. Psitacus aq̄s alias quocunq; modo patitur sed pluuia moritur Idcirco in montibus gelboeni dificare fertur. quia raro vl' nunq̄ ibi pluit. Caudam suam summo studio custodit pennasq; rostro suo frequentius extergit. Auis est luxuriosa nimium. bibitq; libenter vinum. semetip̄am pede cibat: et illo ori suo defert escas. sicut homo manu. Phisiologus. Psitacus qui vulgo papagabio id est ꝑncipalis seu nobilis gabyo dicitur. eoas siue indicas habitat oras. Montē quoq; gelboe libenter inhabitat propter eius siccitatem quia multa humiditate superhabundante in cute moritur aliquantulum similis est obelo ⁊ falconi. Virides habens plumas. Pectus rotundum. Rostrum aduncum. tante fortitudinis vt caueam suā ni ex virgis ferreis frāgat. hominis vocem imitat̄. Mire quoq; caliditatis est in exiccando risum. Homines etiam osculari domesticos consueuit admoto speculo propria forma deludit̄. ⁊ nunc gaudenti nunc dolenti similis efficitur. In aspectu quoq; v̄gineo multum delectatur. ⁊ cum vino inebriatur:





Ca.c iiij.

Porphirio: Ysidorus. Porphirio est auis contra modum aliarum vnum pedem habens latum ad natandum. alium vero fissum ad ambulãdum In quo notatur ꝙ vtroq; elemento gaudet. ⁊ in aqua natans vt anates: et in terra ambulans vt ꝑdices. Hic solus preter psitacum pede suo instar manus aquã suscipiẽs ad rostrum defert ⁊ potat. seq; humano modo cibat. quia cũ omni cibo. ⁊ cum solo morsu oportet vt bibat. Virtutem enim appetitus habet debilem naturaliter in attrahẽdo cibum ⁊ sibi incorporando. huius generis laudatissimi sunt. qui rostrum habent magnum ⁊ crura prelonga. Actor Porphirio vt fertur idem est quod pellicanus. Unde in Deutronomio. vbi secundum Iheronimi translationem inter aues immũdas porphirio cõmedi ꝓhibetur. Iuxta septuaginta interpretes pellicanus ponitur.

Ca.c iiij.

Regulus. Ex li. de na. rer. Regul⁹ q̃ ⁊ parra q̃i auis ꝑua dr̃. multa ẽ in ꝓle ⁊ garritu. cõdixerãt aliqñ aues ĩter se (sicut fabl'a refert) vt illa ꝓ rege habẽt̃ q̃ sublimi volatu oẽs alias viceret. cũq; ꝑra sub aq̃le ascella latitãte. aq̃la oẽs alias aues ceteras trãscẽderet exiliẽs ꝑra ĩsedit aq̃le capiti ⁊ inde se eẽ victricem asseruit.





Ca.c v.

Scrabrones. Ysidorus Scrabrones a cabo. id est caballo vocati sunt. eo q̄ ex eis creentur sicut autem scrabrones nascūtur de carnibus equorū putridis. ita ex eis iterū sepe nascuntur scarabei vnde cognomīati sunt. Ex libro de naturis rerum. Scrabronum celle sexangulares sunt. cetere vero cortice araneose. Liber de naturis allegat ibi Plinium cuius vera littera est. Cetera autez cortice. Nam a principio sic cōtinuat. Vespe in sublimi e luto nidos faciunt. ⁊ in his ceras scrabrones in cauernis ac sub terra: Et hoꝝ omniū sexāgule celle. cetera autem cortice. Araneis fetus ⁊ ip̄e ineq̄lis est. alius in v̄miculo. Et autūpno tñ verno oīa hec carnes vescunt̄. in plenilunio crescūt. hyeme recondunt̄. Autores dicūt interfici pueꝝ binū ter nouenis pūcturis scrabronū: Scrabrones ac vespe neq̄ q̄ reges sicut apes hñt. ⁊ ido p̄iculis plurimis subiacēt. horridos sonos ac murmura depromūt: ⁊ h̄ magis ī cauis locis. hoꝝ mella sūt hūais vsib⁹ īutilia: q̄ q̄ rap̄e voluerit. stulto p̄iculo se subdit. nam eoꝝ aculeis iaculatur.



Ca.c vj.

Scarabei. Ysidorus. Scarabei dicuntur eo q̄ de carnibus equorū putridis sepe nascunt̄: Thauri v̄o vocantur scarabei terrestres ricino similes Cicendula q̄z scarabeoꝝ gen⁹ est vt dcm̄ est. Pli. li. xj. Quibusdā in sectis pennaꝝ tutele crusta sup̄uēit vt scarabeis. q̄ꝝ pēna tenuior atq̄z fragilior existit. hijs negatus est aculeus. s̄z in q̄dā eoꝝ gn̄e grandi cornua p̄lōga bisulcis dētata forficib⁹ ī acumīe cū libuerit ad morsū coeūtib⁹ Infautū rēmedijs ex ceruice suspēdunt̄. hos Egidi⁹ vocat lucanos. Aliud eoꝝ ē gen⁹ q̄ e fimo ī gētes pil' auersis pedib⁹ volitāt p̄uosq̄z ī hijs ꝯ rigorē hyēis fet⁹ sui v̄miculos nidulant̄. Alij mag̃ cum murmure vel mugitu volitant. ⁊c̄.

Operationes.

A Pli. li. xviij. Mēstruosa mlr̄ si segetez ambiat nudata scarabei decidūt ⁊ aīalia noxia. B Idez li. xxx. Viridis scarabei nat̄a ꝯtuentiū exacuit visū. ideoq̄z cōtuito eo sculptores gēmaꝝ acquiescūt. C Thauri vt dcm̄ ē vocant̄ scarabei terrestres ricino sil'es. nom̄ eis dedē cornicl'a Alij pedicl'os terre vocāt q̄ strumis īpositi cōferūt. D Aui. Oleū ī q̄ fricat̄ scarabeus. valz ad dolorē auris in ea effusuz similiter ⁊ corpus eius optīē ꝯtritum.



Ca.c vij.

Scinifes. Ysidorus. Scinifes sunt musce minutissime aculeis ꝑmoleste quibus tercia plaga superbus egiptioꝝ populus est cesus. Origenes super Exodum. Hoc aīal pēnis suspendit̄. ꝑ aera volitans. sꝫ ita subtile ⁊ minutū. vt oculi visum nisi acute cernentis effugiat. Corpus cui insederit acerbissimo stimlo terebrat. vt quā volantē videre quis non valet. sentiat stimulantē. Glosa sup eodē. Scinifes nate sunt ī terra egipti de limo musce. scꝫ minutissime ⁊ inq̄etissime inordinate volātes atqꝫ in oculos ruentes hominū req̄em auferūt. ⁊ dū abigunt̄ r̄deūt Ex li. de na. reꝝ. Scinifes sunt vermes minuti volātes. q̄ pecudū anhelitū sequūtur ⁊ hōies maxīe. Pungūt āt aculeis dormientes acri satis dolore ꝓ posse. Uñ ī locis vbi habundat eaꝝ ꝓteruitas. hōies delicati circa lectos suos retia sua tam subtiliter laq̄ant. vt ꝑ hec scinifes ad nocendum transire nō valeāt.

Operationes.

A Helbetus in li. de sensibus. Extēde pilū azuchi eq̄ sup̄ portū domus. nō ingredient̄ domū illā scinifes dū stat ī ea pil⁹.

Ca.c viij.

Strix Selentides ⁊ Strophilos: Albertus in li. de na. aīaliū inq̄t. Strix est auis nocturna. de q̄ Lucanus meminit̄ dicēs. ꝙ tepidus bubo ꝙ strix nocturna querunt̄ Hec auis a vulgo ama ab amādo vocat̄. eo ꝙ pullos amet. Et sic dr̄ ꝙ sola inter aues pullis humorē lacteum instillat. Actor Hoc nomen strix equocum est ad auem illam scꝫ selentide. de qua iam dicetur. ⁊ ad bestiam heriacō similem. Plinius libro. x. Selētides aues vocantur quarum aduentum precib⁹ impetrant incole casini montis fruges eorū locustis vastantibus nec vnde veniant. q̄ ve abeant compertum est illis nunq̄ conspectis nisi cum earum presidio indiget̄. Actor. Idem inferius de zelentide iuxta librum de natura rerum dicetur. ex quo vicium scriptoris ex altera parte esse videt̄. Solinus. Strophilos est auis paruula. que dum escas affectat os cocodrilli paulatim scalpit. ac sensum scalpurigine blādiente aditum sibi vsqꝫ in fauces eius facit. Quod conspicatus ychneomon beluam penetrat. populatis visceribus erosa ex aluo exit.





Ca.cix.

Strutio. Actor. Strutio aliqñ quidem alas erigit. sed volare neqt. est enim ingēs corpe. rara in plumis. Habet autē alas silēs herodij ⁊ accipitris. ferrum vero ꝯmedit. Aresto. De strutione est opinio: ꝙ non de gener auiū. ꝓpter diuersitatem sue creatōis. partim em̄ q̄drupedibus assimilat̄ partim auib⁹ Non hz alas sz figuras alaꝝ q̄ volatui nō ꝯueniūt. quia non sunt tenues vt pili. sed sicut quadrupedes hz palpebras superiores ⁊ in eis pilos. Habet iterum plumaz multam in inferiori parte corporis. et duos pedes vt auis. sed vngulam fissam vt quadrupes. Est enim magni corporis. cū auium corpora necesse sit esse parua. alioquin volare nō possunt. Tres habet digitos in vtroq; pede propter alas ⁊ ꝓpter pondus. Cunq; sit ponderosi corporis. et non boni volatus. multam habet sup̄fluitatem. multumq; coit. sicut ⁊ gallīa ⁊ perdix. Ex libro de naturis reꝝ. Strutio est auis pene bestialis generis. habet em̄ pēnas. sed nunq̄ eis vtitur in volatu. Alas habz tenues ⁊ plumas velut pilos. In eūdo alas erigit adeoq; ī terra currit vt eq̄s celeritate precedat. Habet autem vngulas bisulcos ad comprehendos lapides quos emittit in fuga ꝯtra insequentes. ferrum ꝯmedit ⁊ digerit quia calidissime nature est: ⁊ equum naturaliter odit. ⁊ miro modo p̄sequitur. Equus etiam illā in tm̄ odit ac retinet ꝙ eam videre non audet. Ossiculū paruū sub alis hz. quo se in latere purgat ⁊ agitat qñ ꝓuocatur ad iram. In pectore vero magnū os ⁊ latum ad ꝓtectionem magni corp̄is sibi creatū. Porro stoliditas ei tāta est. vt cum frutice colla occultauerit. reliqui corp̄is latitudinez latere credat. Naturaliter autē caluescit: ⁊ ita plumas exuit. vt ⁊ nudus sere remaneat: Sz coriū hz fortissimū q̄ in plūis protegitur ab īportunitate frigoris: corp⁹ hz fere ad magnitudinez azini. stat̄a mediocris. Qua q̄z ei⁹ adeo mag̃ sunt vt ex trāsuerso secta vasa fiāt ad bibendū ꝓ amplitudine sua. Phisiologus. Strutio solo visu ita fouet oua sua in arena recondita. vt ex eis pulli egrediant̄ in lucem. Hec inter aues ceteras duos tm̄ digitos continet. ad modum vngulaꝝ arietis ita ꝙ de concauitate pedis sui subtus quasi de funda ꝓijcit lapides sup̄ hōiem. Ferūt etiā oculo vno intueri celum ⁊ altero terrā.

Operationes.

A Rasi. Caro strutionis omnibus grossior iudicatur.



Ca.cx.

Strutio camelo ⁊ Sturno. Plini⁹ Strutio cameli affrici vel ethyopici: aues sunt grandissime et pene bestiarum generis altitudinem eq̄tis insidiātis equo exedunt celeritate vincūt ad hoc solum datis pennis vt currentem adiuuent ceteꝝ nō sunt volucres nec a terra tolluntur Vngule his ceruinis similes quibus dimicant. bisulce ⁊ ꝯprehendēdis lapidibus. Quos in fuga cōtra insequentes ingerunt pedibus. Actor. Videtur eē strutio camelus spēs strutionis. vel ipsum etiam genus sic appellari. quia sicut dcm̄ est sup̄. pedes hz silēs pedibus cameli. Ex li. de na. reꝝ. Sturni sunt aues p̄ue ad

volandum extente fusco nitentes colore. Cateruatim volāt. ⁊ quodam orbe circū agūtur oībus in mediū tendētibus: ⁊ hoc ꝓpter accipitres q̄ eis insidiant̄. Vespere quidem aggregant̄. etiā immēsis turbis. cōmurmurant. nocte silent. aurora rubente murmur excitant. Semū v̄o diuise per turmas ad cibū volāt. Pli. Est autē ⁊ sturnus ex auibus loquentibus. Vñ ⁊ cesares iuuenes habebāt sturnū loquentem.

Operationes.

A Rasi. Sturne vl' sturni caro grossior est q̄ pulli vel cocurnicis. Ventrem stringunt ⁊ multum nutriunt.



Ca.cxj.

Tarda ⁊ Tragopa. Ysi. Tarda apud nos dr̄ eo q̄ tardo ⁊ graui volatu detēta: neq̄ q̄ (vt cetere volucres) velocitate pēnaꝝ attollit̄. grece autē q̄dipes vocat̄. Aui. oua auis tarde (s̄m q̄ dr̄) sunt tīctura bōa: Ex li. de na. reꝝ. Tragopa ē auis in ethyopia ferruginei coloris maior q̄ aq̄la. caput hz vt fenix. excepto q̄ ī eo cornua hz vt aries: Vñ illd armatū ꝓfert aduersus oēs aues. sibi ꝯriantes. Solin⁹. Tragope ē auis maior aq̄lis. cornib⁹ arietinis. p̄fereus caput armatum.

Operationes.

A Aui. Oua auis tarde sunt tinctura bona: B Experit̄ hora q̄ p̄ ꝑata sūt ad illd cū filo lane in eis penetrāte. C Idē: Stercus auis tale ꝯfert impetigini.





Ca.cxij.

Turdela ⁊ turdo: Ysi. Turdela q̄i maior turdus dr̄: cuius stercore viscū generari putat̄. Turdi autē a tarditate vocati sunt: hiemis em̄ ꝯfinio se referūt. Ex li. de na. reꝝ. Turdi sūt aues ꝑue q̄dē corpe. sz ꝓuidentia magne. In cacuminibus arboꝝ luto nidos edificant. ⁊ pene contextim: i. cōtinue post coitū generant. ⁊ mirum quia. x. diebus oua ī vtero maturescunt. ⁊ postea pariunt. Pli. li. x. At abeūt ⁊ turdi in vicina: sed hij plumā non amittunt. nec occultātur nisi spe cibi quo hybernum pabulum petunt. Itaq; ī germania hyeme turdi maxime cernūtur Et sunt aues trimestres sicut ⁊ turtures. Hijs calor estate circa collum varius. Hieme ꝯcolor: In cacumibus arboꝝ luto nidificātes pene ꝯtextī ī secessu gñant. Agripina cōiunx claudij cesaris turdū habuit

(quod nunq̄ ante) sermonem hominum imitantem. Palladius. Turdi nutriendi sunt in cubiculo. ita q̄ includant illesi ac recenter capti mixtis aliquibus aīs nutritis quor̄ societate ad cibos ip̄os capiendos paulatim noue captiuitatis inestimdinē ꝓsolentur. Sit aūt locus mūdus ac lucid⁹ z vndiq; leuigatus in quo transuerse figātur partite. quibus possint post iclusum volatū sedere. Rami quoq; virides sepe mutentur. Carice tunfe mixtis pollinibus prebeant mirti etiam (si facultas est) lentisci oleastri edere semina interdum ad excludenda fastidia. maximeq; aqua tribuatur munda. Turdi nam q; si alendo sagi nentur. z voluptatem cibi. z reditum maximum prestant. parcitate beneficiū ministrante luxuria.

Operationes.

Auicenna Turdor̄ stercus ꝓ medentium risi cōfert panno z mor̄phee z etiam impetigini.



Ca. c xiij.

Turtur. Ysidorus. Turtur a voce nominat⁹. auis pudica. semperq; in montibus ingis z in desertis cōmorans. Tecta em̄ hōim z p̄uersationē fugit. z p̄morat̄ in siluis. Que etiaz hyeme deplumata in truncis arbor̄ cōcauis habitare p̄hibetur. Cuius exēplo colūba humana hospitia diligit. domor̄ semper blanda habitatrix. Ambrosius. Turt̄ est auis pudica q̄ vbi cōiugalis ꝓprij fuerit amissione viduata: p̄iunctionem iterate recusat. nec iura pudoris. aut complaciti iuri federa resoluat. z primus amor eam decipiens. plus doloris ex morte. q̄ suauitatis ex caritate dilecti generat. Discite ergo mulieres q̄nta sit viduitas gr̄a. q̄ etiā in auibus p̄dicatur. Turtur em̄ nescit primam fidem irritam facere quia prima cōnubij sorte amissa nouit castimōia seruare. Nec auis in nido suo folia sq̄lle supiacet. ne pullos suos lupus inueniret. Nouit em̄ q̄ hmōi folia lupi fugere consueuerūt. Exli. de na: rer̄. Turtur socium diligit eo q̄ mortuo vel capto īcedens solitarie. sicc̄is arborum ramis incidens. gemens ac tristis. nulli auiū est infesta sed ad omniū infestationes pacientissima. In locis nuissimis z delectabilissimis habitat p̄totaz hyemem in cōcauis arborib⁹. In plumis iacet in vere aūt producitur. multe q̄dem earum terras calidas hyeme petūt z multe remanent si locum habeant. soli oppositum ad quiescēdum aptum. Aliquādo ita debiles sunt naturaliter. vt manu capi possint. Ova sepe terna pariunt. ꝛz nunq̄ plus q̄ duas educant similiter z palūbi. Turtur ouat in vere bis z sepe ter. ꝛz hoc quando vnum par ouorum corruptū fuerit. aut casu perierit. Volaq; auiū pullos suos de nocte pascit. Aristoteles. Turtur ex fructu vivit sicut z palumbus. Palumbus autem semper apparet. turtur autez non. Coit quidem turtur post tres mēses pregnans est diebus quatuordecim. z totidem cubat. Vivit autem z cubat sicut z columba quindecim annis. Palladius. Turtures vt alant breui z ꝑpe obscuro cubiculo claudendi sunt. quos nutrire facilimum est. quia nihil expetunt.

Operationes.

A Auicenna. Sanguis turturis calid⁹ distillatur sup aurem contritam ⁊ dolorosam. B Pli. li. xxix. Turtur sanguis eximie ꝓdest oculis cruore suffusis: Fim⁹ eaꝝ albugines extenuat. C Hui⁹ ale dextre sanguis medicīalis est īmiss⁹ ocul'.



Ca. cxiiij.

Vanellus. Ex li. de naturis reꝝ. Vanelli sūt aues quas plini⁹ simphalides vocat: satis pulchre colūbina magnitudine cristato capite vt pauo: collo quidem colore viridi ⁊ lucenti reliqua vero parte corporis varietate distincta: Hec auis cum hominem etiam a longe nido suo appropinq̄re senserit egressa: statim cum clamore occurrit Sicq; stulta dum hominem a nido suo amouere se credit. ip̄o clamoris inditio nidum prodit. quem progressus homo spoliare contendit. Hoc idem dicit Plinius licet per alia verba.



Ca. xv.

Vespertilio. Aresto. Vespertiliōes hn̄t pedes sicut aues: ⁊ carēt cauda qm̄ sunt agrestes. Ip̄aꝝq; ale sunt membranales id est corio indistincte ⁊ si caudam habuissent. motum alaꝝ prohiberent. ⁊ quia nō sunt diuise instar murium hn̄t in vtraq; parte mandibula dentes. ⁊ victum sibi de nocte acquirūt vt bubones. Ambrosius. Vespertilio est animal volatile simul ⁊ quadrupes: dentibus etiam vtitur qui in alijs auibus repiri nō solent. Parit autem vt q̄drupedia: nō oua sed pullos viuentes: crepusclo volare cōsueuit. volatq; in aere. non aliq̄ pennarū sed membrane sue fulta r̄migio. Ysidorus Vespertilio dr̄ eo ꝙ lucem fugiēs. vespertino crepusculo circūuolet p̄cipiti motu acta. aīal muriū sil'e nō tam voce resonās q̄ stridore. Ex li. de na. reꝝ Vespertilio quadrupedia cetera volatu excellit. In ptib⁹ indie sunt vespertiliones colūbis maiores: hn̄tes q̄si hō im dētes. he in faciē ꝑcuciūt hōies. nares eis ⁊ aures aliaq; mēbra amputantes. Ferr̄ ꝙ hec auis strepitū q̄rit: ⁊ sanguis eius depilat. Glosa sup Beutro. Vespertilio circa terraꝫ volat ⁊ pēnis ambulat immūda est s̄m legem.

Operationes.

A Auicenna. Vespertilionis lac (vt dr̄) est vrina ip̄ius. In ip̄o autē est abstersio. ⁊ vehemens calefactio B Unguentum vespertilionis ꝓhibet mā̄millas puellaꝝ a magnitudine: C Cerebrum eius cum melle cōfert p̄ncipio aque descēdentis in oculum. D Eius cinis acuit visum. Et cōfert vngule ⁊ albugini.



Ca.c.xvj.

Vespa. Arestotiles. Vespa ē animal anulosum volatile Aculeis venenosum que dicitur de putridis azinoꝝ carnib⁹ nasci sicut fuci de mul. scrabrones de eq̄s ⁊ apes de vitulis. Itez vespa aerem non recipit. id est non suaq; vita ⁊ nutrimentum est circa stercus ⁊ carnes. Et est de aīalibus que manent cū socijs suis: sicut formica ⁊ apis. habet autē lanceam interius: sicut scorpio exterius. Sanguine carz. alasq; mēbranis coopertas habet. Accidit vespis senectutez exuere. Apesq; nocentur a vespis Ideoq; nocet apibus illas appropinquare. Ex li: dena. rerum: Vespe ex eq̄nis carnibus aliq̄n̄ ꝓcreant̄ In plenilunio magis crescere dicuntur. haꝝ vita circa sterc⁹ est: Ceras quidem faciunt. sz nō ex collectione floꝝ. ⁊ ob hoc inutiles sunt. Aresto. Vespaꝝ cib⁹ est ex floribus ⁊ fructib⁹. sepe q̄z viuūt ex cib aīaliū. Mutita venat̄ in fine hiemis ⁊ plures eaꝝ venant̄ circa calem: Venauturq; mutita ꝓpe aggeres mag̃s ⁊ altissima loca. oēsq; vident̄ cū aculeis: nō āt ꝯgregāt vespe flores. nec cibāt̄ ex eis sicut apes. sz cibus eaꝝ ī maiori ꝑte est ex carne. ideoq; circa stercora manēt. muscasq; mag̃s dep̄hendunt. ⁊ caput eaꝝ abscindunt. nidos sub terra faciūt ⁊ vt formice terrā extrahūt Preterea iuxta pliniū. q̄dā vespe spalāgiorum genus perimūt ⁊ in nidos suos portant. deinde illiniūt: ⁊ ex his incubādo genus suum procteant.

Operationes.

A Constantinus. Vespe ⁊ apes eis q̄s pungūt tūorē calidū ⁊ ruborē faciūt. rostrūq; eaꝝ remanet vbi tāgūt. B Et aliq̄n̄ morsi sudorē paciunt̄ ⁊ abhōiatōez C Aui. in. ij. can̄. Vespaꝝ puncture bonū est poliū ēplastri more suppositū D Sil'r folia siluestris malue sedāt illā ēplastrata. Itē sterc⁹ cap̄ꝝ attrahit vespe venenū. E Ex sale q̄z cū aceto ⁊ melle fit empl'm ad pūcturam vespe. Et oleū lauri ꝯfert eius mordicationi.



La.cxvij.

Vlula. Ysidorus. Vlula est auis a planctu z luctu nomīata. Cū em̄ clamat aut fletum imitat aut gemitum. Vñ apud augures si lamentet tristiciam. tacens ostendere fertur prosperitatem. Actor Vlule (vt dicit glosa sup ysayam) sunt aues magnitudis comunis: maculis respse. que rostro in palude fixo horrende stridunt habentes vocem similem vlulatui luporum. Vñ z nomen acceperūt z vocant gallice buhort. De hac etiam superius dictum est in capitulo buthorio: z de onocroculo q̄ nō ia sunt idem.



La.cxviij.

Vpupa. Ysidor⁹. Upupa est auis spurcissima cristis extātibus galeata semper in sepulchris et humano stercore cōmorans. Upupa grece dicta eo q̄ stercora humana consideret. z fetenti pascatur fimo. Cuius sanguine q̄ se inunxerit dormitum pergens demones suffocantes se videbit. Glosa sup Leviticum: Upupa lugubris est z luctum amās Vñ z in lege cōmedi prohibetur. quia se culi tristicia mortem operatur. Phisiologus. Upupe pulli cū parentes suos senuisse viderint ita vt neq̄ volare neq̄ videre possint. vetustissimas parentum plumas evellunt. z oculos eor liniunt. foveūtq̄ eos sub alis suis. donec crescant eor pēne. z reillumineñ oculi eor. sicq̄ mutuā vicē parentibus reddūt. Horath in li. de aialib⁹ Upupe pulli parētes suos foveūtq̄ hanc lant sup oculos ipor vt visum recuperēt: Exli. de na. rer. Upupa est auis admodū pulchra sz immunda. vna tm̄ voce sicut z cucul⁹ importuna est. hieme latet. z nuda est. vere pducit. hui⁹ pntes senescētes iter pullos iam adultos i nido plumas exuūt z interim a pullis pascuntur. donec vires plumasq̄ recuperent. Cum em̄ senio visū perdiderint pulli notam naturaliter herbam colligunt. z eor cecatos oculos inde liniunt. vt visum recuperent.

Operationes.

A Pytagoras in li. romanor. Sāguis vpupe illius homini dormienti demoniaca gignit fantasmata: B Pēne vo posite super caput hominis sedant soda: id est dolorem capitis. C Huius etiam lingua super illum suspēsa. qui multā oblivionem patitur. ei confert.



Ca.cxix.

Vultur. Ysidorus. Vultur a volatu tardo nominatus putat̃ magnitudine quippe corporis prepetes volatus non habet: Fertur pene vsq; ad centum annos procedere. Vultures autem sicut et aquila vltra maria cadauera senciunt Altius quippe volantes: que multa montium obscuritate celant̃ ex alto illi conspiciunt. Ambrosius. Vultures dicuntur sine cõcubitu generare ⁊ ꝯcipere. Solent etiam mortem hominis q̃bus dam signis annuntiare Cum em̃ lacrimabile bellum acies inter se instruunt. multo vultures sequunt̃ agmine. ⁊ eo significãt ꝙ multa hominum multitudo bello casura sit futura preda vulturibus. Glosa super Leuiticum. Lex vulturez cõmedi prohibet. qui bellis ⁊ mortuis gaudet: Phisiologus. Sedet autem vultur in altissimo loco. quia retardatur in ascensu a terra. ascenditq; tantum in altissima vt videat loca remota. Ideoq; dicitur ꝙ solus vultur est auis dei. Hic etiaz maiores aues rapaces vt accipitrem insequitur. Arestotiles Vultur grauis est: ⁊ mali moris. famelicꝰ ⁊ clamosus. Uenatur in locis a nido r̃motis valde. ⁊ vt videat loca remota valde. ascendit ad locum altissimum Ibiq; sedz quia difficilis est ei eleuatio a terra: ideoq; dicitur ꝙ solus vultur est auis dei. deprehendit autem lepores. ⁊ paruos ceruos ⁊ capras ac vulpes ⁊ animalia cetera que retinere potest. Idem. Vultur nidificat ĩ locis altissimis. ⁊ multociens super arbores Inuidet pullis suis cum impĩguant̃. nec pascit eos nisi de cibi sui reliquijs. ⁊ illos anteq̃ volare possint eijcit. Est autẽ auis alia que ꝓiectos illos cum pullis suis nutrit. Unum par vulturum occupat vnum magnum locum. ⁊ ideo secum alios nidificare non permittit: Est autem longe vite quod ex eo cognoscitur: ꝙ nidus eius semper idem manet. Cum em̃ senescit elõgatur rostrum eius superius ⁊ arcuat̃. Et in fine fame moritur.

Operationes.

A Esculapius: Vulturis pẽne combuste fugant serpentes a domo. B Iecur eius tritum cum sanguine per decem dies bibitum. caducos liberat: C Sanguis eius cum succo marubij caliginem oculorum sanat D Adeps eius dolorez oculorum sanat: ⁊ dolores neruorum euacuat. E Gyascorides. Fimꝰ vulturis medicinalis est. Naz fumigium eius secundinam expellit: F Pli. lib. xix. Vulturis fel ex aqua dilutum. albugines sanat oculorum: G Penna vulturis si scalpantur dentes acidum faciũt halitum.



Ca.cxx.

Xon. Actor. Xyon ẽ auis immunda secundũ legẽ cuius natura non satis ẽ nobis nota. Est autem vt legitur de genere vulturum sed minor q̃ vult̃ Hec auis est mens alberti in libro de naturis animalium. Et similiter in libro de natura rerum.

Prohemiũ.

Iam in precedenti tractatu locuti sumus de volatilibus q̃ in genere aĩalium videnť esse ꝑfectiora natatilibus Ideo nũc in isto quarto tractatu deo opitulãte dicem⁹ de natatilibus siue aĩalibus aquaticis. hoc est de piscibus. Nam sicut aer ornatus est suis animalibus. scz volatilibus que possunt ex eo respirare ꝓpter crassitudinem hũoris ⁊ quoꝝ corpa p̃t sustinere. sic ⁊ aq̃ suis id est natatilibus. que quidẽ pinnulis suis innituntur aque natando. sicut aues pẽnis suis volãdo. De piscibus igiť dicturi ſm ordinem alphabeti. ⁊ ꝑ capl'a sicut in precedentibus procedemus.



Ca. Primũ.

Abremon. Achãdes: Accipender. Albirez: et Alphoram. Ex li. de na. reꝝ Abremon alias Abare nõ est piscis. vt dicit Aresto. multũ fecũdus ouis. nec alioꝝ ea more contractu maris parit. sz naturali q̃dã instinctu ventrẽ suũ ad arenã fricat. q̃ cõtactu aspa est. ⁊ gustu salsa. Sicq; oua ꝯcepta parit: ⁊ post tpũs debitũ fetus educit. Iorath in li. de aĩalibus: Piscis abren hora tẽpestatis maris: natos suos in ventre saluat. ⁊ post tempestatẽ euomit eos: Idẽ. Achãdes piscis solicit⁹ de pullis suis nauibus maris adheret. sicq; ꝓpter ip̃m oĩo fiunt ĩmobiles naues. Ex li. de na. reꝝ Accipender est vt dicit pli. piscis apd̃ ãtiq̃s nobilissimus: hic solus ꝯ morẽ oĩm̃ pisciũ hz sq̃mas toto corpe ad os v̄sas. Pli. li. ix. Apd̃ antiq̃s piscis nobissimus habit⁹ accipender. vn⁹ oĩm̃ squamis ad os versis. ꝯ aq̃m̃ nãdo meat. nullo nũc in hõre est: q̃d q̃dez miror cũ sit rar⁹ inuẽtu. q̃dam eũ elopẽ vocant. In li. vt sup̃. Albirez ẽ piscis marin⁹ hñs cutẽ adeo spissaz ⁊ duraz ac firmã: vt ea milites vtanť ꝑ galeis. In eodez li. Alphoram est piscis q̃ nõ gignit̃. sz in loco lutoso vbi nõ est aq̃. ex ip̃i⁹ luti putredine in modũ vermiculi creat̃. postea cũ ascenderit aquã crescit in piscem: Durat autẽ modico tempore. citoq; dissoluitur.



Ca. Secundum.

Anguilla. Ysi. Anguillla dr̃ ab anguis similitudine: Hui⁹ origo ex limo est Vñ ⁊ qñ capit̃ adeo le

nis est. vt quanto fortius presseris. tāto ci
tius labatur: Ferunt autem orientis fluui
um gangen anguillas terrenis pedibus
gignere. Plini⁹ libro. ix. Anguille octēis
viuūt annis. Durant ⁊ sine aquis diebus
senis aquilone spirāte austro pautiorib⁹
At hiemem in exigua aqua non tollerant
neq; in turbida Ideo circa vergilias ma
xime capiuntur: fluminibus tamen preti
pue turbidis pascunt̄ noctibus: ex animes
piscium sole nō fluitant Porro vice pedū
pinne date sunt bine piscibus omnino lō
gitudo vt āguillis ⁊ congris. Itē anguil
le scopulis se atterant. eaq; strigmenta vi
uescunt: nec alia est earum procreatō: Bi
utius autem ceteris viuūt anguille aquis
exempte. Idem in li. x. In anguillis om
nibus nec est masculinum neq; femininuz
genus: que nec animal nec ouum ex se ge
nerant. sicut neutr̄ est ⁊ ostreis genus cete
risq; vaso vel saxo adherentibus. Ex lib
de naturis rer̄. Anguilla ex aliorum pisci
um limo nascitur. difficulter excoriator.
durissimam habet mortem. que etiam ex
coriata viuit. ad vocem tonitrui commo
uetur. Aquis claris fluuialibus gaudet.
et in absconsione pliad̄ maxime capitur.
quia tunc ex ventis oppositis aqua turba
tur. Ad pisciculos inferioris potestatis
rapax est. maxime tamen cum in semine re
periuntur.

Operationes.

A Ex libro vt sup̄. Exāis sola piscium
non fluitat. nisi cum aquis putrefacta di
ssoluitur. plus alio cibo decoq̄tur: aliter
nocivus est cibus eius: ad ignē assata pl⁹
cōpetit. quia malicia eius illic euaporat̄.
B Pinguedo eius auribus medet̄.
C Item anguille vino necate qui ex eo
biberint tedium vini habent.



Ca. iij.

Allec: Ex li. de na: rerum. Allec
est piscis marinus admodū par
uus in occiduo mari quod medi
terraneum est inter maiorē britaniā ⁊ ger
maniam: Cunq; vnū q̄dq; fere genus pis
cium marinor̄ habeat tempus suū. ī quo
solo sit bonum: scz ab augusto vsq; ad de
cembrem. qui cum r̄cens captus fuerit de
licatiorem cibum prebet: Salsus autē in
vsum hōim vltra q̄ alij pisces sanus du
rare potest Oim̄ q̄z fere pisciū solus aqua
viuit tm̄. Nec nisi in aqua viuere potest.
Nam statim vt aeris serena contigerit ex
pirat: nec vlla mora est inter contactū ae
ris ⁊ expirationez. Oculi eius instar lumi
nis de nocte lucent in mari: sed horum vi
rus cum ipso pisce moritur. vbicunq; sup̄
aquas in mari lumen vident. gregatim ad
natant Et hoc astutum ad rhetia dictis
temporibus alliciuntur. quasi parati ad
capiendum diuino munere in vsus homi
num deducuntur. Hybernis autem tem
poribus secrete maris vsq; ad tempus de
bitum absconduntur: et hoc circa germa
niam. Ysidorus. Allec piscis est ad liquo
rem salsamentorum ydoneus. vnde ⁊ nū
cupatus. Actor. Fertur autem allec ex pu

ro aque elemento viuere, sicut salamādra exigne.

Operationes.

Plí. li. xxix. Allece scabies pectoris sanatur infusa per cutem incisam. Et contra canis morsus, draconis ve marini prodest.



La. iiij.

Araneus. aries. t arini. Auicēna. Aranea marina. videt q dispositiones eius propīqua sint dispositionibus scorpionis. Ysidorus. Aranea genus est piscis. dcñ eo q aure feriat. habet tñ in ea stimulos. quibus pcutit proximantes. Plí. li. ix. Aculeo spine in dorso abnoxius est ac venenosus. Plí. in eodem Aries est piscis q grassatur vt latro nunc grandi nauium in salo stantiū occultatus vmbra: si quem nandi voluptas inuitet: expectat. nūc elato extra aquaz capite piscantium cymbas speculat. occultatusq adnatans mergit. Esculapius ī li. de animalib⁹: Arini siue barini piscis cū hō viderit eū ebriat. t mouet eū ad rixas t ptēdiones. posteq vo⁹ mederit placat ira ei⁹.

Operationes.

Aranea itaq morsus ceteroruq reptiliū marinoz venenosoz. dixerunt curandos esse cum tyriacis quibus curatur venenum frigidum. et cū medicinis rutelarum. t tyriaca eoz.



La. v.

Aspidochelon. t aurata: Physiologus. Aspidochelone grece dr̄ belua quedam ī mari que latine dicitur aspido testudo Est autem cetus magnus: habens super corium suū tanq̄ sabulum. quod est iuxta littus maris. Cūplerumq elevato dorso suo super vndas a nauigātib⁹ nihil aliud credit ee q̄ īsula itaq applicātes dūtes sup eā alligant naues accēdūt focos ad coq̄ndos cibos Ille vero vbi sentit odorem t caloꝛē ignis mouet se a loco. t sic mergit naues in profundum. alia q̄z huius belue natura hec est: quando esurit. aperitos suum. t quasi q̄ndam odorem bene olentem exalat de ore suo. Quem sentientes minores pisces cōfluunt in os eius. quod vt impletum fuerit. claudit t eos transglutit. Idem. Aurata dicitur ex eo q in capite suo auri colorem habet.



Ca.vij.

Asturam. Albertus in li. de natu. aīalium. Asturam piscis est q̄ tpe veris ⁊ autumni in spumis pluuialibus generat̄ et in eis ebulit sicut v̄mis exstercoribus aīalium. Sr̄ etiam ex luto generari hic piscis, impaciens. claritatis solis fugit ad vmbras arborum quas in aquas proijciunt. calorem tamen diligūt ⁊ habent de profundo ad ripam natant. tempore siccitatis non habundant. sz quādo multe sunt pluuie ⁊ calide habundāt.

Ca.vj.

Alforam. Albert⁹ in li. de na. aīalium. Alforam piscis est q̄ ex putredine luti generat̄. ⁊ ī luto sine aq̄ ꝓcreatur ad modū v̄miculi. q̄ vermis aq̄ ascendēte crescit in piscem. Se hoc pisce naute dicunt. qm̄ si consumat̄ putrefactus vsq; ad caput et ad oculos. aduenīēte aq̄ iterum renascitur. ⁊ tūc diuiuit cū añ huiusmodi suam regeneratōem ꝑue vite sit vt sup̄ dcm̄. ca. j.





Ca.viij.

Aureum vellus. Albertus ī libro de naturis animalium. Aureum vellus est animal marinum sicut spongia. ⁊ de spongiarum genere. sed rarius est ⁊ mollius ad modum lane. ⁊ lanugo eius in auri splēdorem cōuertitur ⁊ dilatatur ⁊ prolongatur sicut vellus. ⁊ dum est in mari. ⁊ mouetur motu contractōnis ⁊ dilatationis sicut spōgia. ⁊ raro inuenitur. tamen hoc inuentum in frigia tum extitit belli troyani inter grecos ⁊ frigios sicut dicit dares frigius ī historia troyana.



Ca.ix.

Arburciũ. Amnis. ahaniger. afferus. ⁊ astralus. Albertus ĩ libro de naturis animaliũ inquit. Arburcium piscis est multis ouis fecundus. sed non eijcit oua nisi ventrem confricet ad harenam tactu asperã: ⁊ in illa pullos educit ⁊ complet. In eodem libro vt sup̃ Amnis piscis est vt dicũt saxatilis: qui lapidem gestat interi⁹. est autem valde speciosus in lateribus virgultas habens puniceas toto autem corpore. reliquo diuersis coloribus est distinctus ac depictus: In libro vt supra. Ahaniger piscis est vt dicunt que amno prope modum similis ẽ et est longus et rotundus que germanice gwich vocatur. ⁊ est albus bonaꝝ carniũ breuior anguilla: rostrum auis habens ꝓ ore subtile ⁊ longum ⁊ rubeum ⁊ viridem interius habet spinam: Albertus in lib. vt supra. Afferus piscis est qui propter exiguitatem hamo capi non potest. In eodem libro. Astralus piscis est qui aquarũ vnda ore suscipit ⁊ oritur qñ pleades occidunt. eo ꝙ tunc tempus est pluuiaꝝ.



Ca.x.

Abydes. Albertus in libro vt supra. Abydes animal est marinũ. cuius conuersatio primum est in aquis ⁊ cibus. ⁊ postea mutat̃ figura eius ⁊ efficitur terrestre ⁊ egredit̃ de aqua querens victum in terra. ⁊ cum figura mutat̃ mutatur etiã nomen eius. ⁊ vocat̃ astoyz.



Ca.xj.

Abyna. Albertus in libro de naturis aialium. Abyne monstrum est maris gulosi⁹ cunctis marinis beluis: preda vivit. ⁊ in crastinu die corporis sui vertitur ei quicquit comedit. vnde quia stomacho caret: venter eius quãdo comedit multum extenditur ⁊ inflat supᵐ modum. et cum amplius extendi nequit: pisces per os eijcit ⁊ hoc de facili q̃ cum collo careat sicut ⁊ ceteri pisces. os ei⁹ contiguum est ventri. Est autem adeo crassus animal. q̃ quando periculum timet. pellẽ ⁊ carnes suas contrahens replicat. ⁊ extremitates sui corpis intra se sicut iricius absondit. ita vt non appareant. Quod tamen aliquando sine sui detrimento nõ facit. Adortem enim adeo timet q̃ cum periculum senserit non laxari. ne abscedere bestiam que in insidijs latet. nequa q̃ caput foras extrahit. quod intra corpus suũ absondit. sed cum affligitur. fame carnes suas devorat. magis eligens in parte absumi q̃ preda facta belvis in toto ꝙsumi.



Ca.xij.

Barchora. Albertus in libro vt supᵐ. Barchora ẽ aial marinũ. hũs orificium pre oĩbus aialibus fortissimũ: Nã ⁊ lapidez si in ore suo accepit: eum frãgit hec q̃q̃z ad ripas exit. ⁊ herbas depascit. ⁊ q̃n oportet in a q̃ reuertit. ibiq̃z submergitur. ne cutis dorsi eius a sole exiccet. et ad nutum debitũ deflectere se nõ possit. Piscículos q̃z comedit. ⁊ p illos deprehenditur. Piscatores nãq̃z pisciculos puos vivos filo cõsutos in mare ꝓiciunt. qui dũ effugere nõ valẽt. sed insimul fluitãt. aialis predicti morsibus patent. Ut ipᵐ aial dũ vnũ post aliũ transglutire laborat. interim occupatũ deprehenditur.



Ca.xiij.

Borbotha. Botha ⁊ Brẽna. Si. Borbotha sunt pisces quidã fluuiales. aliquatenus anguillis similes. lubrice nãq̃z sunt. ⁊ excoriant sicut anguille. Coriũ hũt nigr. esum dulcem. ⁊ epar pre oĩbus piscibus melius ⁊ efficax

tius. Caput magnum respectu corporis. os amplum ⁊ latum valde cum autē etate duodecim annos excesserit. in corp⁹ magnum crescit. et tunc nomen eius mutat̄: et solaris vocatur. de quo inferius dicetur: Idem. Gothe sunt pisces fluuiales. qui non natāt. nisi ꝑ amplitudinē corpis. Tenuissimi nāq; sunt ⁊ lati valde. Pīnas habent in circuitu lati corpis. impinguātur vento meridionali flante. Cūq; venatur hic piscis a piscatoribus. funduz aque petens aquam sup̄ se turbat vt videri neq̄at Maximeq; corpore strato cum terre adheret. sup̄ dorsum terre similimus est: Maculas autem in dorso rubeas hz: Alexander Brenna est piscis fluuialis qui cum vidz sibi luciuz imminere. declinat ad scenosa aquaꝝ limpiditatē a tergo ꝑturbans.



Ca. xiiij.

Balena. Isi. Balena est in mense magnitudinis bestia ab emittendo ⁊ fundendo aquas vocata. ceteris em̄ bestijs maris alti⁹ iacit vndas. Balin āt grece dr̄ emittere. Pli. libro. ix. Balenas in gaditano occeāo nō ante brunā ꝯspici tradunt. Condi āt estatis tp̄ibus in quodā sinu placido ⁊ capaci. mire gaudentes ibi parere. hoc scire orcas infestam his beluam. ⁊ cuius ymago nulla representatione alia possit exprimi q̄ carnis in mense dētibus truculēte. Irrū punt ergo in secreta vitulosq; illaꝝ aut fetus. vel etiam nondū grauidas morsu lacerāt. in cursuq; ceu liburnicaꝝ rostris fodiunt Ille v̄o ad flexum immobiles ad repugnandum merces ac pondere suo onerare. Tunc quidem in vtero graues pariē dive penis inualide. solū auxiliū nouerūt in altum ꝑfugere seq; toto occeano defendere Econtra orce laborāt occurrere. seq; opponere: ⁊ cauatis angustijs trucidare in vada vrgere vrgere satis illidere. Spectantur hmōi prelia ceu ip̄o mari sibi irato: nullis in sinu ventis: fluctibus vero ad anhelitus. ictusq; quantos nulli turbines voluant. Ora balene habent in frontibus Ideoq; summa aqua annotantes in summa nymbos efflant Balenis brāchie nō sunt sicut nec delphinis. Hec duo genera fistulis spirant que ad pulmonē ꝑtinent. Balenis a fronte delphinas a dorso: Itē que pilo uestiunt̄ aīalia pariūt vt pristis. balena vitulus. Idē in li. x. Balene ac delphini dormiunt. Nā etiā stertentes audiuntur. Solinus. Indica maria balenas vltra spacia quatuor iugeꝝ habent. Sed quos fascituras nūcupant. Qui enormes sup̄ molem ingentiū columnaꝝ vltra nauiū antemnas se extollūt. haustosq; fistul' fluctus ita eructuāt. vt nymbosa alluuie plerūq; nauigantiū alueos deprimāt Ex li: de na. reꝝ. Balene branchias nō habētes fistula spirāt. quod raro ī marinis aīalibus inuenitur. Fetus suos gestant. cū infirmantur ⁊ inualidi sunt. ⁊ si parui sunt eos in ore suscipiunt: hoc idem imminēte tempestate faciunt. ⁊ post tempestatem illos euomunt: Qm̄ ꝓpter defectum aque fetus impediuntur ne matrem sequantur Mater aquam in ore receptam instar fluuij ad eos eijcit: vt sic inherētes terre liberet: adultos etiam diu cōmittat̄. Adolescunt aūt celeriter. et. x. ānis crescunt.



Ca.xv.

Babilonicus. ⁊ Belue. Albertus in libro de naturis animalium. Babilonici pisces sunt (vt dicit Theofrastus) circa babiloniam exñtes in locis vbi dulces aq̄ in cinorosis recipiuntur ex fluuijs incidentibus. inde enim egrediuntur pisces ad pastum. capita admodum ranarum magnaꝝ. reliquas partes corporis ad modum ragie habentes. similes piscibus alijs pinnulis gradientes ⁊ cerebro motu caude. Plinius Belue in oriētali mari sunt Et belue sunt animalia marina adō magna ⁊ importuna ꝙ procellas excitant de profundo: Et pericula nauibus inducāt ita ꝙ naues alexander ad pericula deduxerunt.



Ca.xvj.

Cancer. Ex li. de na. reꝝ. Cancer pedes hz et brachia forcipesq; ꝓ manibus retrogradus est nec vnq̄ ante faciem suam ambulare nouit. Mares duas habent spinas inter ventrem ⁊ caudam. quibus feīe carēt. Que oua in ventre habent ictibus serpentibus medentur. Coitus tpe mas ascēdit in dorso sup̄ feminā. At illa motū eiꝰ sentiens a tergo coire volētis. īclinata sup̄ latꝰ ad ip̄m se ꝯuertit. sicq; coitꝰ ꝯpleť. latēt in hieme mēsibus q̄nis. Veris tpe senectutē exuūt velut anguis. Cācer lacte potarꝰ. sine aq̄ viuit multis diebꝰ. Cū aūt senuerit. duo lapides albi: coloris ītermixto rubore īueniūť ī eiꝰ capite. q̄s tāte v̄tutis eē dicunt. vt ī potu dati cordis pūctōes sanāt: Aresto. Cācer hz. viij. pedes p̄ q̄s mouet̄ eq̄li motu. caret sanguīe. duꝝ ex̄ ⁊ ītꝰ molle: nec ē illd̄ duꝝ ꝯteribl'e. imo accipit ignē ī ripa maris qd̄ ē ītra iudeā hñť cācri p̄ui

qui dicūtur milites propter velocitatem cursus. tantum em̄ currunt q̄ deprehendi non possunt: Et cum aliquis findit̄. non inuenitur in eius corpore caro vel sup̄fluitas omnino. quia pascua non habent. Ysidorus. Cancri vocati sunt. quia cōche sunt. crura hn̄tes. inimica ostreis anīalia. Eorum vero carnibus viuūt miro īgenio Duo autē sunt genera cancroꝝ. fluuiales ⁊ marini. Ambrosius. Cancer ostreis vescitur. sed quia ostreū clausum nulla vi aperiri potest. Periclosumq̄ est si chelani eiꝰ includat ad argumenta cōfugit. ⁊ insidias noua fraude molitur Explorat enim si quando ostreum remotis in locis ab om̄i vento contra solis radios dipticū in illud suum aperiat: vt aere libero viscerum suorum voluptatem quandam capiat. et tūc clanculo calculum immittens ostree ꝯclusionem impedit sicq̄ aperta claustra īperiens tute chelas impetit. visceraq̄ interna depascit. Item femine maiorum membrorum sunt q̄ masculi. ⁊ distantia coop̄pertorij maior est q̄ in masculis. Et ouāt per locum superfluitatis. Cancer paruus generatus ex terra ⁊ limo ītra loca vacua testarum alioꝝ aīalium. Cūq̄ creuerit aliquantulum. mutat se ab illo loco ad testā maiorem. Cancer ⁊ karabo in senectute exuunt spolium. Uterq̄ accipit pisces in profundo maris duobus suis labijs et diuidit eos in duas p̄tes ⁊ ducit ad os suū.

Operationes.

A Aui. li. ij. Cancer marinus ꝓprie dr̄ illa spēs cancri maris. q̄ hz om̄ia membra dura vt lapis B Qd ex eo adustum est subtilius est reliq̄s adustis. ⁊ abstergit dentes. ⁊ delet pannū ac lentigines. C Ulcera q̄z desiccat. ⁊ confert scabiei. Itez ꝓhibet lacrimas. ⁊ īsoluit cū sale vngulā Fit q̄z ex eo colliriū. ⁊ fricatur cū eo scabies palpebraꝝ. D Prohibz etiā quartanam. Cancer fluuialis confert extenuatis valde Testa cancri marini subtilior est q̄ testa clibani. E Exiccatiua est. ⁊ abstergit pannum ac lentigines ac scabiem. Cancer fluuialis est difficilis digestionis. ac plurimi nutrimenti. ⁊ ip̄m q̄dem rectificat. F Decoctioq̄ cum melle extrahit spinas ⁊ acutas res infixas carni G Ysaac li. iij. Cancros ⁊ om̄es pisces conchas habētes testatur Galienus esse solubiles propter salsitatem eoꝝ ⁊ acumē ꝓinde stomacho nociua sunt maxime neruositati sue.



Ca. xvij.

C Caab ⁊ canis marinus. Ysidorus Caab ē al' marinū hn̄s pedes ꝑuos respectu sui corpis q̄d vtiq̄ magnū est. Sūt autē pedibus vacce similes. hoꝝ vnus longus est cartillaginosus osse carens. quo vtitur loco manus in omnibus. Per ip̄m em̄ eradicat q̄d vult. et ꝑcibaria per eum accipit̄: Eaq̄ ori suo reddit. Et cum natat in aqua spirat in ca Sz spirando anhelitu suo aquam in corpꝰ suum attrahit. qua cum repletus fuerit. ad aerem recurens eam reijcit. ⁊ sic respirat. Idem: Canis est marina belua. terribilis ⁊ hostilis omni animanti: quod eius verberibus cedit. robustissimos habet branchos clauoꝝ mō formatos. Hij venantur ꝑ mare greges pisciū instar canū ī terra feras venantium. excepto q̄ latrare neq̄unt

sed pro latratu afflatum horribilem hñt. Insequentes ḡ piscīū greges ad loca an gusta coartant et sic in coartatos crudeli morte grassantur. Piscatores vo loca no tantes. in q̄bus absconditi pisces a fuga latebant. retibus capiūt circūclusos De vo belue difficulter multis tridētibus ꝓfi ci pñt. Item canis marinus a similitudīe mor canis terrestris dr̄ eo. s. q̄ mordeat.

Operationes.

Avi. Fel canis marini vl canis aque dixerūt esse venenū: de q̄ si q̄s cōmederit q̄ntitatem lentis vnius interficit post ebdomadaz. Hꝫ cura eius est. vt bibatur butir coctū vaccinū cū gentiana romana et cynamomo ⁊ iterum coagulum leporis.



Ca. xviij.

Glaucius. Capitatus et Carpera. Ex libro de naturis rer. Glaucius qui ⁊ glanis aversus mordet hamos mescatos. nec eos devorat hꝫ spoliat Actor. Scōm plinium per g ⁊ l in pma sil laba scribitur. vt lautius glancius. In li. vt supra. Capitatus est piscis admodum parvus: habens corpus prope ad reliqui corporis magnitudinem. os quoq; rotun dum ⁊ amplum. hic in fluviis habitans li benter sub lapidibus ⁊ iter saxa delitescit In eodem libro. Carpera piscis est quasi squamis aureis in lacis vel fluviis sic dc̄ quasi que carpens parit. cum enim ova in ventre ad pariendum apta dictante natura presenserit. marem suam odit. ⁊ ore innuit pulsu leni. vt adiuvet parituram. tūc ille loco feminis lac emittit. qō illa suscipiens ore. statim ova parit in sobolem ꝓ futura: Nam ova parere nequit nisi prius ore semen r̄ceperit. Semen autem cum receptum fuerit. nō solum ad partum iuvare videtur sed etiam ad ova concipienda ⁊ formanda. vnde soboles in āno futuro speratur. Semini carpere nōnunq̄ in anno primo nativitatis niger vermiculus, quidam post aurem suam tabificus innascitur. ⁊ hoc sepiª post augustum. eaq; tabe morit̄ur.

Operationes.

Remediū eius est aqua dulcis ⁊ fluvialis. Huius soboles paucis aquis ꝓvenit si in singulis fossis decem cubitorum recenter factis ponantur singule carpere cum paribus suis ante partum proxime. Opinio vulgi est earum sic sobolez provenire. hꝫ postq̄ peperit eximunt. Soboles quoq; trium vel quatuor mensium tempore roborata. fossis relecta reponit vbi habet crescere cum perfectis. Habet hic piscis astutias multas. vt reticapiendus evadat cū em̄ rethe intraverit circumiens foramen querit. Quod si non invenerit. saltare nitit in auras liberas super rethe. vt extra cadat. Aliquā do sub rethi r̄fugium querit. aliq̄n herbā ore tenet in fundo aque. vt rethe supveniens elidatur. Aliquando etiam a superis veniens cum impetu caput limo fortius figit. vt hꝫ rethe per caudam transitus captione frustretur. Pisª crebrum augmentum ⁊ decremētum lune crescere vel decrescere dicitur. Et licet hoc sit in omni pisce. in hoc tamē magis. sicut inter quadrupedia i lupo. hꝫ ⁊ cane.



La.xix.

Cetus. Ex li. de naturis rer. Cetus est piscium maximus habens os in fronte magnū ⁊ patulū, et oris meatus strictos. In iuuentute dentes habet nigros: in senectute albos. Hij pisces aliquando fluctus haustos ita eructuant vt alluuie nymbosa plerumq; classem nauigantium deprimant. sed ⁊ cum in mari tempestas oritur se super fluctus attollūt ⁊ cōmotionibus ac turbinib⁹ naues mergunt. Harenas aliqū dorsis sustollunt. in quibus ingruente tempestate. Naute terram se inuenisse gaudētes. anchora iactis falsa firmitate quiescunt: ac ignes accēsos belua sentiens. subito cōmota se mergit: ⁊ hōies cum navibus in profundū trahit. Cetus postq; etatem annorum trium excedit. cum balena coit. ⁊ i ipo mox coitu virtute virge genitalis emutilatur ita q; vltra coire nequit. sed intrans alti maris pelagus intātum excrescit. vt nulla hominū arte capi possit. Infra tres igit ānos etatis sue capi potest. Capiunt autem sic Piscatores locum vbi cetus est notātes. illic congregātur cū navibus multis. factoq; circa eum fistularum ac tubarum ꝯcentu alliciunt insequentem. quia gaudet huiusmodi sonis. cunq; iuxta naues herentem sono modulationis attonitum cernūt. instrumētum quoddam ad instar rastri dētibus ferreis acuminatum. in eius dorsuz clam pijciunt clamq; diffugiūt. Nec mora si certum vulneris locum dederit. funduum maris cetus petit seq; ad terram dorso fricans. vulneribus ferrum violēter impellit. quousq; perfossa pinguedine viuā carnem interius penetrauerit. sicq; ferruz subsecuta salsa maris aqua vulnus intrat ac vulneratum perimit. Mortuum ergo super mare refluitantem piscatores cum funibus adeunt. et ad littus cum magno tripudio trahunt.

Operationes.

Actor. Cetus (vt fertur) quādo ludit in mari signum est tempestatis. Idem et balena dicitur. Huius generis est aspido chelone. de quo dictum est supra. Ysidorus. Cetus autem vt legitur non comedit vt alij pisces masticando. cibumq; dentibus cōminuendo. sed tantūmodo glutiendo. ⁊ intra corpus retinēdo. Et rē hz oris meatus vt dictum est strictos. Unde nō nisi paruos pisciculos deglutit quos odorifero anhelitu suo attrahēs ad se ac devorans in vētrem suum mittit. Habet enim in gutture quandam pellem mēbrane similem. que multis meatibus perforata. non sinit quicq; magni ingredi vētrem. Zoroath. Cum autem cetus sperma proijcit in coitu suo cum femina. quod superfluit ex ipso spermate. supnatat aque ⁊ colligitur ambra. Platearius Ambra dicitur esse sperma ceti. vt superius dictum est in tractatu primo de herbis capitulo. xx. Auicenna. Ambra vt estimo est manatio fortis in mari. melior est grisea fortis. deinde varia. post citrina. Et adulteratur cum gipso ⁊ cera ⁊ laudano. Nigra specie mala est. De virtute ambre etiā supius satis dictū fuit.





Ca. xx.

Celethy ⁊ Ceruleo. Ex li. de na. rerum. Celethy ſm Aresto: est aīal marinū. q̄d p̄ter morez aliōꝝ oua in matrice sua generat Quibus illic debito tp̄e fortes exeunt vermes ex illis Quos cum peperint incredibili celeritate. fiunt aīalia p̄fecta parentibus similia: Cor habet magnū: ⁊ tñ est valde timorosum: grauiter dormit. ita vt manu capi possit. Arestotiles. Celethy est ex aīalibus carnez comedentibus. Celethy q̄dem hz oua. vnū completum intra quod ⁊ parit extra: Ceteri vero pisces ouāt extra oua incōpleta excepta rana marina. Oua hec post paruitatem cito crescunt sicut vermes q̄ generantur ex aīali p̄uo valde. deinde crescunt p̄se: Celethy non hz alas: sz hz sil'em radicibus in terra crescentib⁹ Generat āt multociens scz sex mēsibus Exit a p̄fundo maris ⁊ pullificat p̄pe terraz: q̄d facit p̄pter calorē. ⁊ vt a pullis suis auferat timorem.

Operationes.

A Ex li. de na. reꝝ. Ceruleū ē monstꝝ in flumine gāge instar cancri. hñs brachia lōgitudīe septē cubitoꝝ. q̄bus elephantē corripit ⁊ vndis submergit. B Plī. li. viij: In gāge in die stati⁹ sebo sus haud modico miraculo affert. vermis brāchijs binis: lx cubitoꝝ ceruleos q̄ no mē a facie traxerunt. His tantas esse vires vt elephātos ad potum veniētes mordicus ꝯprehēsa manu abstrahant in p̄fundum.





Ca. xxj.

Chilon ⁊ Circhos. Ex li. de na. reꝝ Chilon inter oīm aīalium genera non pascit̄. sed tm̄ hūiditate viscosa que exit ab eo. cibat̄ ⁊ nutritur. vñ fit vt hoc aīal semp̄ sit ieiunū ⁊ tñ corp̄e validum: Nam ⁊ in femīs videmus pl⁹ posse differri ieiunium p̄ multos dies q̄ ī viris p̄pter sup̄fluitates humidas ⁊ viscosas. que magis habūdant ī eis. i. feminis:

Operationes.

A In eodez li. vt supra: Circhos alias crichos. habet cutem testeam: lenē. nigrā ⁊ in aliqua p̄te rubeam: fissuras duas ī pede. que tres digitos faciunt. pedem dextꝝ habet paruum. sinistrum vero magnum: B Et ideo cum ambulat totum corp⁹ fert super sinistrum aere claro absolutus incedit. Commotis autem ventis applicatur lapidibus. ⁊ immotus quiescit.

C Cuicunq; rei adheret. forti applicatione adheret. B Et hoc mirum est q̄ claro quidem tpe sui ptātem hz tempestuoso aūt debilitatur ⁊ infirmatur. Caput habz humanū. reliquū vero corpus fere vt cāis marinus.



Ca. xxij.

Conche. Pli. li. ix. Conchaꝝ genera firmioris sunt teste in quibus magna varietas apparet ludentis nature. Tot coloꝝ differentie: tot figure. inter quas principatum tenent margarite. Ysido. Conche ⁊ cochlee indevocate sunt: quia deficiente luna cauant̄. i. euacuantur. Oim̄ em̄ clausoꝝ maris aīaliū atq; conchaꝝ in cremēta lune membra turgescunt. defectu euacuantur. Nā luna cū in augmento fuerit. auget humorem: ⁊ cum in defectum venerit humores minuuntur Conche autē prime positionis nomen est Cochlee vero ꝑ diminutionē q̄si conchule. Conchaꝝ multa genera sunt. īter quas ⁊ margarite que celee esse dicunt̄. Fulgencius. in li. mitilogiaꝝ: Concha marina toto corpore sil' apto miscetur in coitū sicut iuba refert in phisiologis: Haly. Sadephum. i. concha marina meli⁹ est albū.

Operationes.

A Rasi in almansore. Conche marine aduste abradendo purgāt dentes. B Ex non adustis aut attritis emplastꝝ fcm̄ adustionem ignis sanat;



Ca. xxiij.

Cochlee. Pli. li. ix. Cochlee aq̄tiles terrestresq; sunt exerentes se domicilio. binaq; ceu cornua ꝓtendentes contrahentesq;: oculis carent. Ideoq; corniculis eaꝝ p̄tentant iter.

Operationes.

A Idem in li. xxx. Cochleaꝝ cibus stomacho est vtilis. Sz in aqua oportet eas in tactu eaꝝ corpe subferuefieri. mox ī pruna torreri. ⁊ e vīo garoq; sumi. laudatissime sunt affricane. ⁊ ex insulis capreaꝝ. B Idem in li. xxxij. Ictibus scorpionū carnes fluuialium cochlearum resistunt crude vel cocte. C Quidaz ob id salsas quoq; obseruant ⁊ imponūt ipsis plagis precipiunt ⁊ cochlee crude carnē tritā bibere ex aq̄ calida in tussi cruenta.



Ca.xxiiij.

Conger. Corez. ⁊ Coruus marinꝰ. Ex li. de na: rer. Conger est piscis marinus. vt murena longꝰ. ſz corpore multo maior. Hic vento flante vehementi impiguatur. ⁊ eius carnes dulcissime sunt ad edēdum. Cū murena ceterisq; piscibus inimicitias hz. ⁊ intm̄ robustus est: vt polippum fortitudine dentiū laceret. Pli. li. ix. Conger est piscis longus vt anguilla vel murena. flexuoso ī pulsu corporis. ita mari vtens natando. vt serpens terra rependo: Conger ⁊ murena mutuo odio flagrant. caudā inter se p̄rodentes. Congri mensibus hyemis iacent in spelūcis conditi. nec capiunt̄ nisi diebꝰ estatis: Pinneq; vice pedum date sunt piscibus. hinc sunt om̄ino lōgis vt anguillis et congris. Polippum sua rodere brachia falsa opinio est. Id em̄ a cōgris euenit ei. Naz polippum lacerant cōgri. Polippum v̄o locusta pauet. locustam conger. in siccum repunt etiam congri.

Operationes.

A Esculapius. Corez piscis est qui tpe pluuie in cauernis occultat se. Nam dum pluuia cadit sup eū ⁊ haurit eam. excecat̄ ⁊ postea moritur: B Ysidorus. Coruus marinus a cordis voce dictus est. q̄a pectore grunnit. suaq; voce ꝓditus capit̄ C Jorath. Pisces qui dicunt̄ corui quādo pullificant voce sua produnt̄. q̄r semp gemitus vel grūnitꝰ ꝓferūt ⁊ sic capiunt̄.



Ca.xxv.

Cocodrillus. Ysido: Cocodrillꝰ a croceo colore dictus est. Signitur in nilo. Et est aīal quadrupes in terra ⁊ in aquis valens lōgitudine plerumq; cubitoꝝ. xx. dentiū ⁊ vnguiū immanitate armatum: tantaq; cutis duricia vt q̄uis fortiū ictibꝰ lapidū tergo repcussus sit. non sentiat. nocte in aquis. die humi q̄escit. Oua in terra fouet. Masculus ⁊ feīa vices seruant. hunc quidā pisces serrataz hn̄tes cristam. tenera ventriū densecātes interimūt: Solus ex aīalibus supiorē maxillam mouē dr̄ Ex li. de na. rer. Cocodrillus lingua caret. os patulum ⁊ aptum hz. ⁊ hiatum vsq; ad aures. per diem in terra quiescit adeo immobiliter. vt nisi consuetudinem eius precognoscas mortuū illū credas. Oculis clausis dormire se simlat. ⁊ aues hiatu suo pabuli gratia īuitat. q̄s ad escam descendentes perimit ⁊ trāsglutit. Quidam hoc animal sicut vrsam. sem

per crescere crediderunt. Circa nili ripas habitat in insula. gens hominum parua quidem. sed animosa. his beluis inimica Soli enim innatare flumen audent. in q̃ cocodrilli habitant. saliuntq; supra dorsa eorum. et illos inquietant. Arestotiles. Cocodrillus in aqua conuersatur. non tamẽ recipit aquam intra se sed aerem. et parit extra. habet sanguinez. duosq; pedes maiores. et caudam. omniaq; talia sunt fissi pedis. multorumq; digitorum. et participãt instrumentum sensus in lingua preter cocodrillum. Hoc etiam aial non habet aures. sed foramina tantum que sunt vie auditus. nec habet mamillas. nec testiculos nec virgam apparentem extra sed intra. nec habet pilos. sed per totum corpus est corij squamosi. Habetq; dentes magnos et acutos et distinctos. habet etiam oculos similes porcorum. et habet culmos In aq̃ quidez debiliter videt. quia spissior ẽ aere Maior est eius mansio in die super terraz et nocte in aqua. quoniam aqua calidior ẽ de nocte. q̃ aer extra. Trochilos auis os eius apertum intrat. et eius dentes mũdificat. illoq; sordibus se cibat. Cocodrillus autem in hoc sentiens iuuamen. non nocet eis. sed cum vult eas extrahere mouet collum. nec eas comedit.

Operationes.

A Plinius libro. xxviij Cocodrillorum genus cuius vita est in aqua. et in terra cõmunis dentes e maxilla dextra. dextro lacerto adalligati coitus stimulare dicunt. B Lapillos etiam in vẽtre illius exemptos aduersus horrores febrium venientes pellere tradũt. C Et ob hoc egipcij suos egros ipsius adipe perungunt. B Dyascorides. Fimus cocodrilli terreni collectus. et succus adhibitus gratũ vultum ac niueum facit. maxime si albus ac lenis fuerit. et in aqua missus cito se solueret. E Auicenna. in. ij. libro. Stercus cocodrilli valet albuginj oculi.



Ca. xxvj.

Draco marinus. Exli. de na. rep. Draco marinus est monstrum crudelitate horridum. instar draconis terrestris in longitudine extẽditur. alis caret. caudã habet tortuosam. caput fm magnitudinem corporis parũ. sed hiatum oris horridũ squamis et cutem duras pinnaz autem hz p alis. quib⁹ vtitur in natãdo. vno ipetu magna maris spacia trãscurrit. et hoc potius robore virium q̃ remigijs pinnarũ. Pestifer est hõibus et etiam piscibus morsus eius Mortem eñ infert. Ysidor⁹. Draco marinus est in branchijs aculeos habz ad caudã spectantes. Qui dum percusserit quaq; ferit. venenum fundit. vnde et vocatus est.

Operationes.

A Pli. li. ix. Draco marin⁹ captus et immissus in arenã. cauernã sibi rostro mira celeritate excauat. B Idẽ li. xxvij. Absinthiũ aduersat draconi marino: C Idẽ li. xxxij. Carnes etiã stelle marie valẽt p̃ marini dracõis ict⁹ ipposite. B Imponunt q̃z p̃ eũ salsamenta exaceto.

E Item draco marinus ad spiue sue q̄ ferit venenum; ip̄e ꝓdest impositus. F Aui. in. iiij. canō e. Morsus draconis marini similiūq; magni corꝑis serpentiū curatur inq̄ntum est vlcus tm̄. nō inq̄ntum est venenū de q̄ sit curandū. G Draconis q̄dem marini morsus (vt dixerūt) liniatur cū sulphure ⁊ aceto. H Conferunt ei adipes cocodrilli emplastratus ⁊ plumbū fricatū suꝑ ip̄m. I Idē in ij. Draco marinus vt ait Gal'. findit̄ ⁊ ponitur suꝑ morsum suū ⁊ confert. K Succus etiam absinthij ꝯfert ei⁹ morsui. L Stanni q̄z cerusa; confert suꝑ pūcturam eius confricata.



Ca. xxvij.

Delphin. Actor. Delphin⁹ frater hōis dr̄. quia moribus humanis quodāmodo assimilat̄. Ex li. de na. rer̄. Delphinus ꝓ voce gemit⁹ est illis humano similis. ⁊ hoc q̄r pulmonē habēt ⁊ venam asperam. ⁊ eoꝝ lingua nō est absoluta. nec eoꝝ labia ꝓueniūt vel ꝓminēt ad distinguendam vocē. Aures nō hn̄t sz auriū loco foramē. Hoꝝ āt olofactus nec vestigia q̄dem hz cū tn̄ sagacissime olofaciunt. dormiūt suꝑ aq̄s vt pn̄t audiri stertere. Viuūt vsq; in ānos. c xl. Mulcent̄ musica. vnde artionem cytaristā in mari nautis interficere parantibus obtinuit ab ill' vt prius cythara caneret. Ad cuius cantū delphinoꝝ gregibus ꝯgregatis cū ī mari se ꝓiecisset ab vno exceptus est ⁊ ad littus ꝓiectus. Solus delphinus vt dicit Arestotiles inter pisces felle caret. Arestotl'es Delphinus valde diligit folios suos. Et ideo longo tꝑe pascit eos. Solus inter pisces aīal ꝯpletum generat. ⁊ hz mamillas lactatq; fetus. Idem. Mortuo deniq; delphino. ceteri delphini ꝯcurrunt. ipsumq; circūdātes in ꝓfunda deferūt atq; sepeliunt. ne a piscibus ꝯmedat̄. Item Delphini parui semꝑ simul sunt tanq̄ gregel. Et habent duos mag̃s delphinos custodes. q̄ si q̄s eoꝝ mortuus fuerit. alij suꝑ scapulas eum efferūt ipsumq; custodiūt. ne ab alijs piscibus ꝯmedat̄. donec tempestate maris ad littus eijciatur. Inuicē em̄ se miro mō diligunt. Vn̄ Plinio testāte narrat̄ q̄ delphino capto a rege charie; cōuenit ingens multitudo reliquoꝝ ad portū vbi delphinus ligatus tenebat̄. q̄bus plāgentibus ⁊ quasi miseratōem poscētibus. rex eum dimitti p̄cepit. Phisiologus. Delphini oculos hn̄t in dorso. ⁊ ora in ꝑte opposita. vn̄ nō bn̄ p̄dam suā capiūt ꝓpter distortionem oris a ꝑte oculoꝝ. hinc est q̄ ora sua conuertunt ad celū ⁊ dorsum. oculosq; ad terrā. vt p̄dam suā ꝯsequant̄ Imminente tempestate ludūt apparētes ī vndarum suꝑficie. Subsidiū v̄o naufragantibus exhibuisse dicunt̄. ferunt̄ etiā plorare q̄n̄ capiunt̄.

Operationes.

A Plinius libro. xxxij. Delphini cinis ex aqua illitus lichenas ⁊ lepras sanat. Porro exulcerationem sequi debz curatō: que perducit ad cicatricem. B Quidam vero delphinum in fictili donec pinguedo similis oleo fluat. ponūt l' coquūt

ac perungunt C Circumitus autem febrium tollit delphini iecur ante accessi orem gustatum B Adeps delphini liquatus ⁊ cum vino potus ydropicis me detur. E Gingiuis autem atq; den ticionibus plurimum confert dentiũ del phini cinis cum melle. ⁊ si dente ipso tan gantur gingiue F Idem adalligat⁹ pauores tollit repentinos.





Ca. xxviij.

Dentrix. ⁊ dies. Ex li. de na. rerum Dentrix alias dentix vel pagrus a re nomen habet: quia dẽtes hz magnos multos ac duros. quibus grassa tur in ostreas. ⁊ pisces innocuos. Actor Nota ergo ꝙ dentix idem est quod pagr⁹ de quo etiam loco suo dicetur inferius Ex libro. vt supra: Dies est piscis marin⁹ vt dicit Aresto. sic dictus. quia post perfe ctionem suam non viuit nisi per vnã diẽ. Habet tamen alas duas ⁊ duos pedes: ⁊ sanguine caret Hoc idem dicit Albertus in libro. suo de naturis aĩalium.

Ca. xxix.

A Dyascorides. Allectorius in ventribus gallinacioꝝ inuenit̄ quem gladiator habens in ore permanet invictus ac sine siti. B Mulieribus quoq̄ que volūt placere viris proderit. quia portantes se ꝓbas ac speciosas reddit. C Arnoldus. Allectorius excitat venerē. hōiemq̄ 7 pstantē facit. atq̄ ioie tentꝰ sitim repmit

D Ex libro de na. rer. Allectorius valz frigidis. ⁊ qui coire non possunt. E A muliere quoqz habitus facit eam viro suo placere. portantem se facit inuictum. ⁊ sine siti. Hinc reges eum habentes ī ore fortiter dimicant. F Phisiologus. Allectorius in ventre galli nascit. q̄ post tres annos castratus. ⁊ postea ꝑ septē annos viuens hunc lapidē portat idez galli naceus G Hic lapis sitim extinguit hōiemqz discretum ⁊ gratum. maximeqz vxorem marito facit. vt āt habeat hec omnia. clausis in ore portatur. H Ex lapidario. Ventricl'o galli qui testiculis viduatus Cum tribus ad minimū factꝰ spado vixerit annis. Nascitur ille lapis. cuiꝰ non vltima laus est. Et ꝑ bis binos capit incremēta sequētes. Mēsuramqz fabe crescens excedē nescit. Cristallo similis vel aq̄ cū limpida parz. Inuictū lapis hic r̄ddit quēcūqz gerentē. Extīguitqz sitī paciētis ore receptꝰ Nā milo crotōias pugl'es hic p̄side vicit. Hoc etiam multi superarunt p̄lia reges. Hic oratorē verbis facit eē disertum. Constātem reddens cūctisqz per oīa gratum. Hic circa veneris facit incētiua vigentes. Cōmodus vxori que vult fore grata marito. Ut bona tot prestet clausus portetur in ore



Ca. vij.

A Metistus. Ysidorus. Ametistus indicus inter purpureas gēmas tenet principatum. Est aūt color eius purpureus ꝑmixto colore violaceo. ⁊ quasi rose nitor. leniter quasdā flāmulas fundens. Alterꝫ genus eius descendit ad iacinctos. Causam nōis eius reddunt. qr sit in eius purpura quoddam non in toto igneum. sed vini colorem habens Est aūt sculpturis facilis. Huius gemme genera sunt quinqz. Arnoldus. Ametistus est gēma purpurei coloris vt rosa. ⁊ transmittit̄ ab india. Sunt quedā eius spēs Sed hec id est indica ceteris vtilior est. huic mollicies ad sculpendū inest. Pliñ. li. xvj. Indice quidem amatiste principatum tenent. Sz ī arabie quoqz parte. que est finitima syrie petria vocat̄. Et in armenia minore et in gallatia reꝑiunt̄ ⁊ in egipto. Sordidissime atqz vilissime in tharaso ⁊ cypro. Indice absolutū phenicis purpure colorem habent. Et ad hanc tingentiū officīe vota dirigunt. fundit autē cū aspectu leniter blandū. neqz in ocl'os vt carbunculi vibrant. Alterꝫ earꝫ genꝰ dñdit ad iacinctos ⁊ hunc colorē indisacō vocāt. Est ⁊ panarites in continuo arabie gentis. Quartū genus colorē vini hz. Quintū ad vicinia dñdit cristalli albi. has gēmas magoꝝ vanitas ꝓmittit ebrietati resistere. multaqz mira efficere.

Operationes.

A Ex li. de na. rer. Ametistus violacei coloris est optimus. Est āt q̄dā velut gutta vini rubei aq̄ corrupta Et hec facile est ad sculpendū. Valz multū vinū bibētibus qm̄ ebrietati est ꝯrius B Arestotl'es Lapis ametistus si posueris eum suꝑ vmbilicum. vaporem vini prohibet. ebrietatemqz soluit. ⁊ hominem a ꝯtagio liberat C Arnoldus. Virtus ametisti est cōtra ebrietatem. facitqz hominez vigilem. malamqz cogitationem r̄pellit. Et intellectū bonum tribuit.



Ca. viij.

Asius. Byascorides. Asius lapis in Alexandria tm̄ inuenit̄. q̄ optimus est ad vsum medicine. q̄ est colore candidus ac leuis in modum punicis. ac velut puluis manibus insidens. sanat fistulas. scrofas. podagram. ⁊ alienas passiones. Serapion. Lapis asius ē lapis qui inuenit̄ in Alexandria. et flos eius lapidis nōiatur fuca. ⁊ est lapis asius. ⁊ est q̄ddam q̄d apparet ꝑ substantiā eius simile pulueri molendini. ⁊ reꝑitur etiaꝫ sub eo ⁊ circa eum. Et iste lapis est albus. ⁊ oportet ꝙ eligat̄ ex eo ille q̄ est albus leuis similis punici subtilis cito frangibilis. in quo sunt vene occultate. ⁊ suꝑ quem est flos vt sal rubeū. ⁊ est hic lapis siccus similis spōgie. ⁊ generat̄ suꝑ eū farina. ex qua q̄dam est alba. quedam rubea similis punici declinans ad croceitatem. ⁊ qñ applicat̄ lingue mordicat mordicatōe pauca. Et idē aucto. Gal'. Nōiatur hic lapis nōie acq̄sito a loco. i. asia ⁊ nō est om̄ino durus sicut lapis. sed assimilat̄ in colore suo. et substātia sua lapidibus qui r̄periunt̄ in lauellis balnei. ⁊ est tener ⁊ frangit̄ cito ⁊ suꝑ ip̄m est sil'e pulueri molendini r̄perti suꝑ parietes molendini. ⁊ hec medicina nōiatur flos lapidis asyos. et est subtilis ꝓpter suam subtilitatem dissoluit carnes sine mordicatione.

Operationes.

A Serapion aucto. Byasco. Uirtus huius lapidis ⁊ floris eius est ꝙ curat vlcera profunda que sunt difficilis sanatōis. quando est siccus. ⁊ aufert carnem suꝑfluam que fit in eis que est similis fungi. B Et curat vlcera fraudulēta. ⁊ replet ea carne ⁊ mundificat ea. C Et quādo admiscetur cum melle ⁊ aceto cōuenit vlceribus fraudulentis. ⁊ non sinit ea augeri in corpore. D Et quādo admiscetur cū farina fabarum. ⁊ fit inde emplastrum. podagre cōuenit multum. E Et conuenit duriciei splenis. Et quando cum eo fit lo hoc cum melle cōuenit vlceribus pulmonis. F Et cum ponitur ex hoc lapide suꝑ scabello super quod tenēt podagrici semper pedes dr̄ conferre eis. G Et quando puluis eius aspergitur super corpora ꝑinguia ī balneo loco nitri extenuat ea. H Et qui vult abluere lapidem hunc aut florē eius. abluat sicut lauatur climia.



La.ix.

Abeston. Albertus in lapidario suo. Albestō est coloris ferrei fm plinium. in arabia invenitur.

Operationes.

Albertus. Virtus mirabilis eius in templis deorum est manifesta. eo q̄ semel accensus vix aut nunq̄ poterit extingui. eo q̄ naturam habet aīalis q̄d salamandra vocatur cum modico humidi vncto si pinguis inseparabilis. Nisido. Albestō est Archadie lapis ferrei coloris ab igne nomen sortitus eo q̄ accensus semel nūq̄ extinguitur.



La.x.

Aquile lapis est. Et dicit Serap̄. libro aggregatoris. cap̄o bagerathamach. i. lapis aquile. Et est lapis indus qui cum agitatur. audit̄ intra ip̄m lapis alius. et mīnera eius est in montibus indie inter chinoas et sarandi iuxta littora occeani. Et vocatur a grecis allevians partū. et hec p̄tas est inventa in hoc lapide aquile. Et id̄ aucto. Rasis. Athamach est medicina indie et est lapis simil castanee. nisi quia habet colorem vellereū et q̄n agitas ip̄m auditur intra ip̄m lapillus. et q̄n frangis cum egreditur ille lapillus. et est sicut auellana vergens ad albedinem. Et idez Rasis li. de p̄tatibus dixit q̄ est lapis similis ouo. et q̄ habet intra se lapillum. Albertus i lapidario suo. Echites lapis. i. aquile et est geminarum optia et est coloris punicei: et vocat̄ a quibusdaz aquileus. et ab alijs erodialis. eo q̄ aquile hunc ducunt ad nidum suū iuxta ova sua collocantes. eundem sicut grus inter duo ova que facit collocat. Hoc eīn expertum ad sensum in colonia vbi grues fetus fecerunt multis annis in quodam orto. Invenitur autē lapis aquile iuxta litora occeani vbi est optimum genus echideoz̄ qui sunt heredes avium. Dī autem q̄ in p̄sya aliq̄n invenitur. Est autem modus eius q̄ in se continet alium lapillum qui in ipso sonat quando manu movetur.

Operationes.

Serapion. Hic lapis aquile dicitur Nam cum aquila vult parere ova sua defert hunc lapidem masculis a partib⁹ Indie. et supponit eum aquile. et facit eū parē facile. et alleviat eius dolorem. et hoc idez facit mulieribus: et oīnibus aīalibus quā do ponitur sub eis in hora partus. Et idem aucto. Rasis. Cū ponitur in pecia et suspenditur mulieri in coxa q̄n debz parere facit accelerare partū cū facilitate. Et sum expertus hoc et inveni sic esse et omnes concordāt in hoc q̄ alleviat partum quando alligatur coxe. et iuvat quando ponitur loco peonie. invenitur ad curandum. Iste lapis invenitur apud nos. et q̄ plures. verificavi de eo multociens experientiam: Enax in lapidario suo. capitulo de lapide aqle ait. q̄ suspensus in sinistro brachio. convenit pregnantibus. et conciliat amorem. divicias augz vbi ferē. et in pregnantibus impedit abortum. et periculum parturitionis mitigat.

E Prohibet casum caducorum. similiter si de administratione veneni aliquis suspectus sit in cibo illo ꝓhibet ne possit ab eo deglutiri cibus ille. Si lapis subtrahatur mox degluciet. F Albertus. Fertur autem ꝙ si suspēsus in sinistro brachio conueniat pregnantibus ⁊ conciliat amorem ⁊ diuicias auget vbi fertur.

G Et in pregnantibus impedit abortum ⁊ periculum parturitionis mitigat. Et sit ꝙ prohibet casum caducorum similiter. D Et quod mirabilius est trauunt caldei ꝙ si de administratione veneni aliquis suspectus sit impositus in cibo illo prohibet ne possit deglutiri cibus. et si lapis subtrahatur mox deglutitur. Hoc dicit Albertus se vidisse a quodam fratre suo sensibiliter probari seu examinari.

J Queruntautem aquile hunc lapidē ⁊ ponunt nido suo. ⁊ graues interouasua sed in vno anno ponunt vnum. et in alio alium. L Dicunt autem quidam ꝙ faciunt ad mitigādum calorem ouorum. vel corporis aquile ne ouanimis calefiāt ⁊ hoc est probabile. M Quidam aūt dicunt aliquid conferre ad eorum formationem aut vivificationem. ꝙ autem quidam dicunt ꝙ lapis ab alijs auibus ouis interponatur ne ouafrangantur falsum est. quia citius ad lapidez ꝙ ad se ipa collisa franguntur N Aiunt autem aliqui ꝙ si aliquis suspectus de administratione veneni cum lapis iste cibo immittit statim a cibo strangulatur. ⁊ quando subtrahit transglutit cibum in quo positus ē lapis.



La.xj.

Astrion. et Asterites. Ysidorus Astrion gemma est cristallina in India. cristallo propinqua. in cuius centro fulget stella lune pleno fulgore nomenq; eo sumpsit ꝙ astris opposita fulgorem rapit ⁊ gerit. Plinius. In carmania nascitur gemma q̄ astrios vocat, similiter vt astiria vl' astirites candida cristallo propinqua. In india vero nascens ⁊ in pallenes littoribus astrios. Quidam aūt causam nominis huius reddunt. ꝙ astris opposita fulgorem rapiat ⁊ gerat. Optimam autem in carmania nulliq; vicio obnoxiam gigni. Idem Ysidorus. Asterites est gemma candida lucem ꝓtinens inclusam veluti stellam intus ambulantem. solisq; candidicantes radios reddit. vnde ⁊ nomen inuenit. Plinius. Proxima cādidicantium gemmaq; est asteria. principatum habens proprietate nature. ꝙ inclusam lucem pupille modo quodam ꝓtinet ⁊ transfundit cum inclinatione. velut ipse ambulantē. ex alio atq; alio loco reddēs.



Ca.xij.

Arena. Ysidorus. Arena ab aridi
tate dicta est. huius ꝓbatio est. si
manu pressa strideat aut in vestē
candidam sparsa. nil sordis r̄linquat. Ui
trubius. Alia est arena fossicia. alia fluui
atica vel marina. Arene fossicie sunt hec
genera. scz nigra cana. rubea. carbunculū
Ex his optima erit que in manu ꝯfricata
stridorem fecerit. que autē terrosa est aspe
ritatem non habet. Item si in vestimentū
candidum cōiecta fuerit arenaria. Uñ fo
diatur tamen de fluminibus ⁊ e glarea ex
trahatur. hec tamen in structuris odiosa
est. quia difficl'e siccessit nec onerari se con
tinenter paries patitur. nisi intermissioni
bus requiescat. nec cōcamerationes reci
pit. Marina vero hec amplius ⁊ etiaz pa
rietes cum in his tectoria facta fuerint re
mittētes salsuginem eoꝝ dissoluunt̄. Sic
cescunt autem celeriter fossicie. ⁊ tectoria
permanent. ⁊ cōcamerationes paciūtur.
Sed hee que sunt de arenariis r̄centes. si
em̄ exempte diutius iacent a sole ⁊ a luna
⁊ a bruma coacte resoluuntur ⁊ petrose fi
unt. Ita ꝙ in structuram coniecte cemēta
continere non possunt sed labunt̄ ⁊ ruunt
oneraqꝫ parietum sustinere non possunt.
Palladius. de agricultura libro primo.
Omnium arene geneꝝ precipue melior ē
ruffa. sequētis meriti cana. Terciū locum
possidet nigra. Sz fossilis arena non īue
nitur De fluminibus autem glarea vel lit
tore colligitur. Marina quidem tardiꝰ sic
catur Ideoqꝫ non ꝯtinue. sed intermissis
tp̄ibus est ꝯstruenda ne opus corrumpat
onerata.

Operationes.

A Ex li. de naturis rerum. Arena spar
sa super flāmam in extinguibilē extinguit
eam. B Dyasco. Arena maris q̄ in
littore est sole calefacta carnes humidas
desiccat. C Itez cocta sacellis ad cō
pescendum tumorē intraneoꝝ iuuat.



Ca.xiij.

Argilla. Bartholomeus in libro
de proprietatibus reꝝ. Argilla ē
terra tenax glutīosa ⁊ viscosa. ad
varia figuloꝝ opa disposita atqꝫ apta. et
sic f̄m Ysidorum libro. xvj. capitulo p̄mo.
ab argis sic vocata. apud quos primo ex
tali mater a vasa fictilia sunt effecta. ⁊ vt
ibidem dicitur talis terra ꝑ actōez caloris

liquidiores partes cōsumentis ⁊ terrestri
ores consolidantis in laterem cōmutatur
Sepe etiam contingit ꝙ talis terra lutea
vnctuosa frigiditate aque congelante in
lapidem cōmutatur. Sepe etiam accidit
talis transmutatio scz luti vnctuosi ī lapi
dem ex calore coagulante. sicut enim dici
tur. libro. iiij. metheoroꝝ. Lutum vnctuo
sum aptum est huic transmutationi. scz in
lapidem per calidi coagulationez. quare
vnctuosum est medium inter viscosum et
vaporatiuū. habens humidum viscosum
Unde gratia vaporatiui potest a calido
coagulari. gratia viscosi non potest ex to
to educi sed amplius comprimi ⁊ consoli
dari. ⁊ sic in lapidem transmutari.

Operationes.

A Ueibi dicit cōmentator. Argilla est
frigiditate sua sanguis restrictiua. B
Constantinus. Argilla si cum forti aceto
fuerit distempata apposita fronti et tym
poribus ꝓhibz sanguinē naribꝰ fluētem.



Ca. xiiij.

ARmenus fm Plinīū proprio ca
pitulo. Lapis armenus est dictꝰ
⁊ nominatus a regione illa. ⁊ est
lividus ⁊ subalbidus. cuius melior est ha
bens colorem medium inter viridē obscu
rum terreum ⁊ indum. ⁊ habet macularū
distinctiones virides ⁊ nigras. Auicēne
li. ij. capitulo de lapide armeno est aliqn
tulum azulini coloris. non tamen est in co
lore azuli. ⁊ non est in eius soliditate. sz est
in eo arenositas quedam. ⁊ quādoqz vtū
tur eo tinctores ⁊ pictores loco azuli ⁊ est
lenis tactu.

Operationes.

A Johannes Mesue. Lapis armenus
inquit Alexander a verificatoribus est in
ventus habere ꝓrogatiuam in educendo
coleram nigram cuius operatō incolumi
or est elleboro nigro. et virtuosior lapide
lazuli. melior est habens colorem mediū
inter viridem obscurum ⁊ terreum ⁊ indū
⁊ habet macularum distinctiones virides
⁊ nigras. ⁊ qui non est in termino lapidis
ymo facile dissolubilis pulverisabilis.
B Et qui est lenis tactu carens asperi
tate calide complexionis in principio se
cundi ⁊ sic. in ipso. C Et est resoluti
uus abstersiuus et est conturbantibus et
subuertentibus stomachum ⁊ educit per
vomitum ⁊ vētrem. ⁊ nocet stomacho ge
nerans subuersionem ⁊ faciens solutionē
cum angustia. D Et dixit Alexāder
Non totus solvit per vomitum ⁊ per ven
trem sine molestia. E Ars autem in
lauando ipsum est hec teratur cum facili
tate in vase lapideo deinde fundatur sup
ipsum aqua dulcis ⁊ lauetur sic terendo ⁊
fiat illud trigesies semp innouādo aquaz
⁊ adhuc decies lauetur cum aqua rosaz.
F Et dixit Alchindus. Lauetur cū aq̄
bugloſſe post depurationem eius. acqui
ritur enim ei proprietas mirabilis ex hoc
ad egritudines melancolicas. G
Auicenna. Soluendo educit melancoliā
pluſq̄ lapis lazuli. ⁊ propter ipm dimitti
tur elleborus niger. H Johānes me
sue. Educit solutione coleram nigram. cū
virtute ⁊ mundificat cerebrum ex ea ⁊ va
let. ad egritudines eius melancolicas. si
cut est mania ⁊ vertigo ⁊ dolor capitis. et
epylētia. I Et ad egritudines timo

ris ⁊ suspitionis. ⁊ ad lepram ⁊ ad egritudines splenis ⁊ ad cancrum. ⁊ morpheaz: ⁊ febres melancolicas. K Bosis nō loti potio est a.ʒ.ß. vsq; ad.ʒ.j.ß. ⁊ loti potio est a.ʒ.j. vsq; ad duas.



Ca.xv.

Antimoniū latine: grece antimonos. arabice aytruad: Antimonium est vena terre similis plumbo. verū est q̄ antimoniū teritur ⁊ non funditur. plumbū vero fundit̄ ⁊ non terit̄. Et hʒ in fracturis suis claritatē qñ frangitur Et illud est melius qd̄ in fracturis suis nō hʒ aliq̄d ex terra vel aliq̄ sorde. ⁊ ideo ablutum ⁊ mundū debet poni in medicinis. Est fri. ⁊ sic. in.iij. gradu. Sera. li. aggre. cap̄. Aytruad vel antymoniū est vena terre similis plumbo ⁊ est medicina ocularis q̄d decernitur a metallo. quia antimoniū teritur. metallum vero nō. similiter metallum funditur. antimonium aduritur. Antimonium quanto clarius tanto melius Et idem auctoritate Byas. Melius ex eo est fortius. ⁊ illud q̄d frangitur. ⁊ habʒ in fracturis suis claritatem ⁊ luminositatez. ⁊ quod est interius mundum. ⁊ non habʒ aliquid admixtum ex terra vel sorde aliq̄.

Almansor tractatu tercio. capitl'o de antimonio. Antimonium fri. ⁊ sic. est in.iij.g̃.

Operationes.

A Ad emorroidas exiccandum iniciatur succus peucedani per cristere ⁊ postea si sint exterius pone puluerem antimonij desuper Si sint interius. puluis iniciatur cum calamo posito in vesica inflata.

B Puluis eius cum sapone spatarēto vel gallico cōficiatur. ⁊ liciniū in eo intinctum orificio fistule immissum curat. Puluis eius in cancro positus comedenti aut carni superflue optima est cura. C Contra polipum magdalino ex apostoli conformatus īsparso puluere antimonij ⁊ naribus immittat̄. ⁊ aufert ip̄m. D Collirium ex puluere antimonij. et puluere nuclei. mirabolanoꝝ citrinoꝝ equo pōdere. addita aqua rosaꝝ. vel pōe de tutia cum antimonio. E Hōbix intincta ī succo sanguinarie cum puluere antimonij. naribus immittat̄ ⁊ remouet fluxum sanguinis ab ip̄o. F Ad cohibendū sanguinem. puluis antimonij in succo tapsi barbasti conficiatur ⁊ bombix intīcta superponatur. G Serapion aucto. Galieni. In hac medicina est v̄tus stiptica. et conglutinatiua et infrigidatiua; aufert carnem superfluā que est in vlceribus ⁊ incarnat ⁊ consolidat ea. ⁊ mundificat sordicies eorum H Et stringit fluxū sanguinis narium. ⁊ ꝓprietas eius est cōferre epylentie ⁊ superfluitatibus grossis I Almansor. Antimonium oculū efficiens robustum ipsius custodit sanitatez. suppositum quoq; menstrua constringit. K Paulus capitulo de antimonio. Antimonium sua frigiditate et siccitate sanguinem de naribus stringit ⁊ valet si miscetur collirijs oculorū. L Seniores eo vtentes habent oculos incolumes. q̄a neruos confortat ⁊ omnem maculaz. ⁊ nocumentum aufert maxime si parum de eo miscetur.





Ca.xvj.

Attramentum. Ysido. Attramentum sic dcm̄ est eo q̄ sit atrum Cuius species ⁊ picture ⁊ quottidiano vsui necessaria est. Ex li. de aluminib⁹ ⁊ salibus. Attramentum est aqua ⁊ tinctura: quā terre siccitas coagulauit. Et est in sui natura calidum et siccum. Huius multa sunt genera. quoꝝ meli⁹ est in hispania Et ip̄m q̄dem denigrat corpora. Et augmentat rubeum rubedine. Albū v̄o denigrat. Ex li. iiij. metheoroꝝ. Attramenta composita sunt ex sale ⁊ sulphure ⁊ lapidibus. Et est in eis vis aliquoꝝ corpoꝝ liq̄bilium: qm̄ ex eis fiunt. vt calcantū et abachar generantur ex maioribus granis attramenti Et non soluitur salsedo eius nisi cum eo q̄d in illo est sulphureum ⁊ postea coagulat̄ residuū. Illudq̄ iam cepit vim mineralem in aliquibus corpibus. Quod autem ceperit vim ferream erit rubeū aut croceum aut calathar Quod āt vim creā erit viride sicut calcantum Unde possibile est illa duo artificialiter fieri.

Operationes.

A Auicenna in. ij. canōe. Attramentū calidum est ⁊ siccum in tercio gradu.

B Omnia sunt adurentia ⁊ stiptica. scabiei conferunt humide ac duriciei palpebraꝝ. ⁊ asperitati eaꝝ. aut apostematibus iguinis. C Est aūt in attramento virtus venenosa desiccans pulmonem ita q̄ fortasse interficit: D Suffla t̄ aūt in naribus propter fluxum sanguinis ⁊ ꝓprie althochotar. ⁊ quo etiam fiunt licinia. E Et ponuntur in fistulis. ⁊ extirpant ventositatem. Licinium q̄z ꝯfert vlceribus auris ⁊ saniei eius. ⁊ ꝓhibz corrosionem dentium F Item in ipso sunt adustio vehemens ⁊ cursuū sanguineorum constrictio ⁊ exiccatio. ⁊ stipticitas plurima G Confert formice ⁊ herisipile q̄n̄ linitur cum aqua coriandri. puluerizatur autem super fraudulentum vuln⁹ ⁊ ambulatiuū. adurit carnem additam H Confert etiam fluxui sanguinis narium ⁊ apostematibus gingiue. I Et prohibet fluxum matricis. ponitur etiam in alcofol ad abstergēdum ⁊ subtiliandū grossitudinem palpebraꝝ. Hoc idē dicit Plinius licet per alia verba.



La.xvij.

Alumen Vsido. Alumen vocatur a lumine quia lumē prestat coloribus tingēdis. Est autē salsugo terre efficiturq; hyeme ex aqua z limo. et estivis solibus maturatur. Huius species due sunt. Liquidum z spissum. Hyascoides. Alumīnis species multe sunt. sed medicine tres necessarie. rotundū scissum z liquidum. Rotundum ꝓbabilius est quod naturali rotunditate formatū ē. fistulosuz subalbidum fricabile non lapidosum. aliqua ex parte palidū; pingue secz z vehemēter redarguens. Scissum aūt optimū est. q̄d est quasi flos albus. rotundi leve. rē. Liquidum deinde melius est q̄d est leue perlucidum in summo aliquid in modum floris. quasi lac habens. Rasi in li. de Aluminibus z salibus. Alumen est oleum q̄d coagulavit siccitas terre z est in natura sui calidum z humidū. retinet omne volatile mundificat z decorat corpa. z augmētat tincturam eoꝝ. Alchimista. Alumē large sumpto vocabulo. dr̄ omne qō ligat tincturam in corpe aliquo. vt in pannis z coriis Et sicut sunt diverse tincture sic z alumīa diversa. Nam tinctura quelibet alumine suo indiget. sine quo imprimi non posset. vel cum corpe ligari. Alū non (vt quidam putant) alumen dat lumē. sed facit adherere lumen. i. colorem: sicut apparet in corio. qz nō ꝑpatur cū galla si nō imprimit tinctura Itaq; galla est alumē tincture nigre. sicut cinis clavellatus est alumen glarei. Alumen quoq; de quo agit est alumē rubee tincture. licet alumen non rubificet nisi album.

Operationes.

Platearius. Alumen calidū est z sicc̄ in tercio gradu. virtutem habet consumendi z vehementer desiccandi. Quod albū est melius est ac acutu z salsugini ūmixtū. Nō āt feculentū z cereū ē impurum. vsus eius ꝑ cancr. z inflationes gingivarum. z ꝑ scabiē. Balneū aq̄ aluminose valet ydropicis. scabiosis arteticis. Hyasco. Omne autem alumen virtutem habet constrictivam. z vehementius consumptivam. Dedet denigz putredinib⁹ z sanguinis fluxibus. Gingivis humectis seu dentibus mollibus cum aceto vel melle. Idem Auriū fluxus cum succo poligonie curat. Carnes quoq; superfluas z putores alaꝝ vl inguinū sanat. Auicenna. Alumen est ca. z sic. ad. iij. Exiccat z ꝓhibet fluxū oīs sanguinis z cursum superfluitatū z effusionem eaꝝ. Cum aqua interficit alkaraad. i. cimices z pediculos. z fetorem oris tollit cum fece vini tantūdem aluminis desiccat vlcera difficilia. cum salgēma valet corrosioni z aduſtioni ignis. Ex libro de naturis rerum. Universaliter alumen calidum z siccum est in quarto gradu stipti cum z mūdificativū. z visus obscuritatis clarificativū superfluam palpebrarū carnem aut membrorum corrodit. Pessima z sicca vulnera inhibet ne corpi perambulent. Cum aceto z melle mixtum dentes confortat infirmos Et valet tumidis gingivis.



Ca.xviij.

Aurum. Ysidorus. Aurum ab aura dicitur.i.a splendore; q̄ repercusso aere plus fulgeat; Ex libro de naturis rer. Aur̄ inuenitur in riuulis ⁊ in fontibus.⁊ etiam in montibus q̄nq̄; sz raro.multus autem labor est in lauando. Sed ⁊ p̄ multas minutias terre.⁊ in eius sordibus inuenitur sociatū:inuenitur tamen purum ⁊ non terre vel bituminibus. in se admixtum.sicut es vel argētum. Itez in eodem libro. Aurum ceteris metallis ē preciosius.durabilius ⁊ tractabilius.omni tempe fulget ⁊ coinquinatum rubigīe non consumitur.visum fouet. Et quanto rubicundius est tanto melius. In duplo quoq̄ ponderosius est q̄ argentū aut es aut stannū. Cunq̄ sit generosissimū super omnia metalla nihilominꝰ est maxime ductibile sup̄ om̄ia. Om̄i metallo temperatius est. Et ideo quia caliditas eius modici est excessus.non locatur in gradu.soluz quoq̄ non resoluitur. Actor. Aurū itaq̄ non solum est inter metalla p̄ciosissimum sed etiam solidissimū.habet colorē igneū splendidum fouentem visum In igne positum nō comburitur.sed purgatur ⁊ probatur: Itaq̄ triplici de causa in igne ponitur.ad examinandū: ad purgandum ⁊ ad fabrificandum Sz ⁊ humano corpori maxime congruit.vñ in cibo sumptum iuuat multum. Arestotiles.libro tercio. Aurum profecto liquat̄ calido.et si fuerit sulphur mundum ⁊ purum.⁊ argentū viuū optimū cum rubore clar̄.fueritq̄ in eo vis igneitatis simplicis non vrentis.erit res optima quam recipe possunt alchimiste. vt ex ea fiat aurum.hoc enim ip̄m ꝯuertet̄ in aurum. Auicenna. Aurum multiplex ē scilicet.naturale.magistrale.xirchi.Zafriobrizum.colon.⁊ alijs modis. Et illō quidem quod est de alexir valet magis q̄ aurum acre.quo nō potest operari. Aurum autem de alexir est tribus modis.scilicet. de petra capillorum ⁊ sanguinis ⁊ ouorū. Non enim potest aurum esse aur̄ de alio lapide. Quidam autem faciunt falsuz aurum sic ⁊ argentum: Stringunt enim id ē indurant stannum et dealbant ac dicunt esse argentum. Sicut etiam auripigmentum cum subtus stercus mittūt.ibiq̄ miscent sal armoniacum ⁊ incorporant cum cupro distenso per locum barbatum ⁊ cū mercurio rubeo.⁊ dicunt q̄ sit aurum ver̄ cuiusmodi sit aurum septem modis p̄ magisterium temptatur atq̄ cognoscitur sc̄z in solutione.in lapide.in pondere.ī gustu in igne.in sublimatione.in fusione Porro naturalis auri natura calida est ⁊ sicca.et quantum habet ferrum de natura siccitatis ⁊ duricie tantum habz aurum naturā bonam ac mollem.fit autem in ventre terre.de argento viuo bono nimis et de sulphure non multū rubeo cocto

Operationes.

A Ex libro de naturis rer. Aur̄ est calide nature.lepram ac scabiem curat.ī puluerem redactum ⁊ antidotis mixtum.

B Habet etiam virtutem confortādi non q̄ incorporetur.aut membra nutriat sed q̄ alteratiua virtute corpus immutat Vulnus ex auro factum non corrumpitur in tumores. C Haly regalis ī practica sua.sermone secundo. Aurifolia carnē comedunt sine morsura.suntq̄ sicca subtilia. Limatura auri confortat cor ⁊ pulsioni medetur. D Acalimia auri melior est tenuis ⁊ magis desiccans ⁊ amplius elimans. Que si comburatur ⁊ leuetur desiccat oculorum vlcera sine morsura.

E Actor. Aurum vt dictum est sup̄ius omni metallo est temperatius. Vñ q̄a ca caliditas eiꝰ modici est excessus.ideo non locatur in gradu.licet in gradu ponatur ab aliquibus F Auicenna.ij.canoñ. Medicine aurum est equale subtile.cōfortat oculum in alcofol positum. Confert ⁊ doloribus cordis ac tremori eius. G Retentio eius in ore.fetorem ipsius oris remouet. Cauterium melius est ⁊ velociꝰ sanabile quod fit cum auro. H Confert etiaz doloribus cordis ac tremori eius ac timori anime.⁊ ei q̄ solꝰ loq̄tur.



Ca.xix.

Auricalcum. Ysi. Auricalcum dr eo q splendorem auri 7 duriciem eris possideat. Est autem nomē compositum ex lingua latina 7 greca. Es em̄ grece chalco vocatur. fit autem ex ere 7 igne multo. ac medicaminibus ad aure um colorem pducit̄. Exli. de na. rer. Ex ere fit auricalcum sic dc̄m quia splendorē habeat auri. vel qa de ipo fit aur. Dicit em̄ phūs in libro de alumīe. Linmen q̄d ex urina pueri 7 auricalco fit aur optimū Quod intelligendum est in colore non in substantia Dicit em̄ idē Aresto. q̄ variat color sed substātia manet. Hoc auricalcū frequentius scripture vocāt electr. 7 hoc pter colorem electro prope consimilem Ex doctrina alchimie. Es autem trāsmutatur in auricalcum. quod fit mediante tu thia. quia fumus eius albificat. 7 habz naturam spiritus. statimq̄ cum pulvis eius proiicitur super es fusum. vel miscetur cū laminis eris: In ipsa eris fusione thuria calefit. 7 fugam querit tanq̄ spiritus. vñ apparet q̄ eius fuga fit per eris corpus fusum. sicq̄ siccat ipm. quia fumus eius est temperate albus. 7 album hmōi mixtum cum rubeo reprimit rubedinem 7 fit citrinum 7 ita auricalcum.



Ca.xx.

Argentum. Ysidorus. Argētum greci argirion dicunt cū mix̄imo dum illud accidit. vt cū candidū sit. imprimum corpi nigras lineas reddit Exli. de na. rer. Argentū ductile est 7 tractabile. sonorūq̄ ac tinnitus dulcissimum 7 hoc maxime si eri misceatur. Ex̄ tubas ex argento ductiles precepit moyses fieri ad terrorē hostiū. 7 exhortatiōem ad bellū ad movendū q̄z castra 7 populos ad escā vocandos. Argēti vene multe 7 in multis pribus orbis reperiunt̄. nec est pur̄ in se sicut aur̄. Gz terre ac sordibus incorporatū 7 admixtū. Ideo labor maxim⁹ est vt p ignem expurget̄. Fum⁹ āt purgatōis ei⁹ valde nocivus est. nec de facili purgat̄ fumo hmōi multo infectū nisi fumo thuris aut armōiacis spēbus. ac vbi pur̄ fuerit argētum durabile est. Impur̄ āt de facili contrahit corruptelā. Argentū ꝓsolidat alia metalla. 7 q̄si vnū efficit consolidata.

Operationes.

Avicenna in. ij. canone. Argentum īfrigidativū est 7 exiccativū. bonū est val descabiei 7 prurigeni. Eius confricatio cū alijs comixtionibus confert fe

tori oris. C Ac tremori cordis et humiditatibus viscosis. D Constantinus. Argentum frigidū ⁊ tpatum ī humiditate est. ⁊ est contra humidum ⁊ viscosū flegma. Cadimia tamen auri fortior est ⁊ melior argentea. E Rasi in Almāsore. Argentum frigidū est. cordisq; tremori proficit. Cadimia argenti scabiei que ī corpe oritur. ⁊ pustulis que in oculis sunt bona est. F Albertus Argentū bene politum inter om̄ia metalla. meli⁹ est speculum. quia ī colore magis accedit ad dyaphanum. G Haly. Purgamētum argenti melius est viride ac tenue. pōticū est desiccans fortiter: Ideoq; necessariis admiscetur ad cicatrizandū vnguētis.



Caxxj.

Argentum viuū. Ysidorus. Argētum viuū dicitur ꝙ excidat materias quibus inicitur hoc ⁊ liq̄dū quia percurit. Inuenit̄ autē specialiter in metallis siue in fornacibus argentariis: guttaꝝ concretione tectis inherēs. Sepe etiam in stercore vetustissimo cloacarum vel puteoꝝ limo. fit etiam ex nimio in conchule ferree imposito patena testea suppo sita. Tunc em̄ circumlito vasculo circumdantur carbones. sicq; argentū ex nimio distillat: sine hoc neq; argentum neq; es inaurari potest. Tante āt virtutis est. vt si sup̄sextariū argenti viui. centenariū saxū supponas oneri statim resistit. Sin āt auri scrupulū. leuitatē eius raptim sinu recipiet. Ex q̄ intelligit̄ nō pōdus ſz naturaz esse cui cedit. Seruat̄ āt melius in vitreis vasculis. nā ceteras materias p̄forat: potui autē datū interficit pōderis cā. Auicēna. Argentū viuū subtus terrā nascit̄ propter hūiditatem magnā in loco illo exn̄tē Et hoc euenit ꝓpter solē ⁊ aerē q̄ tangunt eum: Ideoq; efficit̄ currēs ꝓpter humiditatem ⁊ frigiditatē q̄ in eo sunt. nec efficitur nisi in loco frigido. Ex li. de na. rerū. Argentū viuū est r̄uera calidū ⁊ humidū in q̄rto gradu. licet in q̄busdā libris inueniatur esse frigidū: Extinctū p̄t alij rei admisceri. ſz viuū nō. p̄t āt fieri albū ⁊ rubeū cū sulphure. fert̄ em̄ de facili om̄s colores recipe. Si extinguat̄ cū pinguedine. apparebit q̄si terra. et sic inter ollas artificiose crematū. extrahit̄ ab igne claꝝ malliabile ⁊ tractabile ad modū argēti. ad maxima firmacula facienda. Seniq; sine argento non p̄t fieri deauratio. cunq; argentū nō consolidet̄ argēto medio argēto. Hoc videtur bene fieri cum argento viuo.

Operationes.

A Constantinus in li. graduū. Argentum viuū cal. est in. iiij. gradu. ⁊ hu. Pediculos capitis occidit: ⁊ reptilia oīa cum litargiro ⁊ aceto ⁊ oleo B Fitq; bonū ad curandū scabiē. Fit etiā vnguentū ad pustulas optimū C Plateari⁹. Argētum viuū hz v̄tutē dissoluēdi ⁊ penetrādi farinam lupinoꝝ amaroꝝ decoquitur in aceto fortissimo vsq; ad spissitudinē. ⁊ argenti viui extincti fcā ꝯmixtiōe. caput pacientis ex habūdantia pediculoꝝ p̄ungit̄ p̄ discriminalia. D Extinguit̄ āt vel cū saliua: vel fricat̄ cū cinere ⁊ saliua. Aut cū capillis et saliua. Aut cū puluē ossis sepie ⁊ saliua. melius āt dr̄ extingui. cū alte

ri rei p̄t admisceri. nisi em̄ sic extinguit̄. ip
sius ad aliud non fit admixtio. E
Nisi. Argentū viuū potui datū ĩterficit cā
ponderis F Item dyas. dicit q̄ argē
tum viuū bibenti mortē tribuit. euadē tñ
poterit. Qui hoc biberit caprinū lac bibē
do ac se mouēdo. vel etiā bibendo vinum
addito absinthio synapi vel ysopo: Cui
cunq; mēbro adhēt ip̄m ꝑcutit ⁊ corrodit.
G Auicenna: Argentū viuū sublima
tum interficit. ꝓpter vehementē incisionē
⁊ eius cura fortis est bibere lac ⁊ vomere.
Sz Galienus dicit hoc se exp̄tū nō fuisse.
Scio q̄ quidam bibit argentū viuū in
estate dū agitaret̄ siti ex vitro arto putās
se vinū bibere. ⁊ duabus horis effluxis id
ip̄m reddidit an⁹ ĩ peluim ⁊ nihil nocuit.
H Dicunt ei quidam q̄ extinctū interfi
cit. quia quicquit ei obuiat sua grauitate
corrodit Interficit etiam murem. I
Et ex eius fumo fugiunt vermes ⁊ serpen
tes venenosi. K Item vapor eius fa
cit accidere paralisim: tremorem. Fumus
eius destruit visum ⁊ auditū Et facit oris
fetorem cum transit ꝑ ip̄m. q̄re caueat qui
vtatur.



Ca. xxij.

Arsenicum. Ysidorus. libro. xix.
Arsenicum quod latine ob colo
rem auripigmentum dicitur. col
ligitur in ponto ex auraria materia: vbi
⁊ sandaraca: optimū est quod in aureum
colorem transit. purum ⁊ fusili gracili ve
narum discursu: Quod vero pallidi⁹ aut
sandarace similis est: deterius iudicatur:
Est ⁊ tercium genus squamosum: quo mi
scetur aure⁹ color. Vis eorum est vt sanda
race sed acrior. Plinius. li. xxxiiij. Arseni
cum est ex eadem materia qua ⁊ sandara
ca: Quod ex eo optimū est coloris etiam
in auro excellentis. Ex libro de alumībus
⁊ salibus. Arsenicum est calidum ⁊ humi
dum: Et est diuersi generis. scilicet rubeū
citrinum ⁊ laminosum Est arsenicum sil'e
sulphuri in multis operibus.

Operationes.

A Auicenna Aliud est album aliud ru
beum. aliud citrinum: om̄ia putrefactiua
sunt ⁊ mordicatiua. Est autem calidum ĩ
tercio. siccum in secundo. B Pilos
abradit et alopicie cum gummi pini con
uenit. C Emplastrum cum eo fit sup̄
vulnera: Cum adipe ⁊ oleo conuenit sca
biei ⁊ sahaphat hūide et putredini. et ab
stergit ⁊ adurit cutem. D Assumit̄
ad tussim antiquaz ⁊ sputum saniei. ⁊ san
guinis. Et quando ponitur in pillulis ad
asma. E Miscetur autem cum oleo
rosato ad bothor ⁊ emorroidas. Qd̄ autē
ex eo sublimatū est interfecit: Et ex rubeo
quidez melius est. quod est pulueriz abile.
F Dyascorides. Arsenicum nascitur in
metallis vbi ⁊ sandaraca. Assatur autem
in testa. donec mutet colorem: ⁊ r̄ponitur
Virtus ei stiptica est. cū calce viua mixtū
⁊ corp̄i illitum tollit pilos.



Ca.xxiij.

Balagins.⁊ Berillus Arnold⁹. Balagins est gēma ruffa ꝑlucentis nature. degenerās a carbūculo, ip̄ius ac v̄tutibus oībus debilibus ī eo r̄missis. Nsi. Berillus ī india gignitur viriditate simil' smaragdo. sz cū pallore. Polit̄ āt ab indis in sexāgl'as formas vt ebetudo coloris repcussione āgulor̄ excitet̄. Aliter polit⁹ nō hz fulgorē. Genera eius sunt nouē. Helimandus in cronicis li.x. Berillus est coloris violacei vel aque marine.

Operationes.

A Huba scripsit q̄ ꝯiugij dat amorem Et portantē se magnificat. Bextraz stringentis adurit. B Aqua in qua iacz pota. valet infirmis oculis. tollit victus ⁊ suspiria. ⁊ cunctis epaticis fert̄ curare dolores. C Arnoldus. Berillus ē lapis cuius color est pallidus vt limpha. forma sexagana Cunqz genera eius sunt nouem qui magis pallet est melior. D Virtus eius est contra hostiū pericula. cōtra pigriciem. oculos humidos sanat. gestantem adurit. Si oculo solis opponit̄ ac rotunda tur ignē accendit. E Byasco. Berillus lapis lucidus est et clarus. oleo similis sculpit̄ locusta marīa. ac sub geminis pedibus eius cornuta ac sub gēma ponitur herba seuina modico auro inclusa. gestata amorē ꝯiugij facit. Aqua in q̄ missa est pota. ad oclor̄ vicia valet. ⁊ ad oēz valitudinem.



Ca.xxiiij.

Bezaar. vel lapis liberans a venenis. arabice hager bezaar. Serapion li. aggre. cap̄. hager bezaar est nomen persicū. ⁊ est expellens nocumētum. et hoc nomen cadit super duo: Unū est quod cadit sup̄ om̄em medicinam conuenientem alicui veneno. eo q̄ resistit virtuti eius ⁊ expellit nocumentum eius propter proprietatem que est in eo: Rasis Bezaar est lapis citrinus mollis non habens saporem. Unde lapis est vergēs ad citrinitatem ⁊ albedinem. hn̄s colorē vini ⁊ est leuis splendens sicut lumen.

Operationes.

A Serapion. Lapis bezaar conuenit venis. ⁊ quãdo bibit̃ ex eo põdus. xij. granorum ordei aut linimẽtum fit cum eo super locum morsus liberat naturã a morte ⁊ expellit venenum ꝑ sudorem. ideo pestilentico valet. B Et qñ ponit̃ lapis in annulo: ⁊ ponit̃ in ore ip̃ius q̃ sumpsit venenum ⁊ sugit id ⁊ aliquantulũ cõuenit ei. C Et qñ tangit̃ cũ illo aculeꝰ scorpionis ꝓhibet ab eo postmodũ potentiã pungendi. D Et si teritur de eo pondus duoꝝ granoꝝ ordei dissoluit̃ in aqua ⁊ ponit̃ in ore serpentis suffocat eũ statim ⁊ occidit. E Idem aucto. Rasis. Et ego vidi in ip̃o sufficientiã ad auferendũ nocumentũ ⁊ erit lapis ille quẽ vidi v̓gẽs ad citrinitatez ⁊ albedinem habens colorem vini. ⁊ cum hoc erat leuis splendẽs sicut lumen. F Et iam vidi in eodem sufficientiam illam quam non vidi ĩ alia medicina simplici. ymo etiam ꝙ nõ vidi in tyriacis compositis. G Itẽ Rasis Vidi lapidem bezaar filij amamari custoditoris legis dei. ⁊ est verum ꝙ ipse emit hũc lapidẽ ⁊ dedit ꝑ p̃cio ip̃iꝰ palacium cordube in principio genere.



Ca. xxv.

B Elliculi marini latine. Arabice astor. Pandecta. cap̃. xciij. Belliculi marini sunt quasi vmblici hõis ſm figurã: ⁊ sunt lapides parui ⁊ albi q̃ inueniunt̃ in ripis marinis coherẽtes sicut dẽtales sunt frigidi ⁊ sicci sed eoꝝ excessus ab autoribus nõ determinatur. ponunt̃ in vnguẽtis ad faciem clarificandam.

Operationes.

A Puluis eoꝝ subtilissimus resoluatur cũ axũgia gallinacea p̃us resoluta: et fiat vnguentum ꝑ facie abstergenda. ponuntur in antidotario Galieni in vnguento citrino. q̃d interp̃tat̃ vnguentũ de citro.



Ca. xxvj.

B Olus armenus. Auicenna. li. ij. cap̃. de luto armeno. Lutũ armenum siue bolus armenũ est rubeũ declinans ad citrinitatẽ notũ. fri. est p̃mo gra. sic. in. ij. Et est quedã vena terre q̃ precipue in armenia inuenit̃. Vñ habet v̓tutem constringendi. Est autem eligendum quod subrubeum est ſm oẽs ꝑtes nõ his colores distinctos. aliquantilum fragile.

Serapion. Canarmenum.i.lutum arme
num ⁊ est ingimbar.color eius ē vltra cro
ceitatem ad rubedinem tendēs.⁊ teritur
cito sicut teritur calx.⁊ est lene sine lapide
Virtus eius est que desiccat desiccatione
forti.

Operationes.

A Auicenna. Lutum armenum retinet
sanguinem:quoniam exiccatio eius est in
vltimo. B Et confert apostematib⁹
pestilentialibus bibitum ⁊ linitum.⁊ pro
hibet ambulationem putredinis mēbro
rum.⁊ mirabile est in re vulnerum. C
Et prohibet catarrum.⁊ confert colericis
D Et est bonum sputo sanguinis ptisi
ci,propterea quia desiccat vlcus pulmo
nis.⁊ est cura stricture anhelitus ex catar
ris.⁊ est bonum vlceribus intestinoꝝ ⁊ so
lutioni ⁊ fluxui sanguinis matricis. E
Et confert fe.ethicis ⁊ pestilencialib⁹ pro
prie.⁊ plures quidem iam sanati sunt ex
pestilentia magna proater consuetudinē
bibendi ipsum cum vino subtili. F
Et si bibitur in febre pestilentie necessari
um est vinum.perducat ip̄m ad cor.⁊ mis
ceatur vinū illud cum aqua rosaꝝ.

Ca.xxvij.

Borax. Lapis borax secun
dum Albertum a quodam
genere bufonis nominatur
q̄ sic dicitur quod ipsum ī
capite portat. Et est
duorum generum. Unum
album aliquantulum fus
cum:⁊ alterum si viuo adhuc palpitante
bufone extrahitur.in medio habet oculū
ceruleum.⁊ temporibus nostris extractus
fuit.vnus de bufone paru⁹ viridis.aliq̄s
etiam vidimus bufones habentes depi
ctos in se qui de hoc genere dicebant̄ vul
gariter aūt cropodine dicunt̄.

Operationes.

A Albert⁹. Sordes purgant̄ intestīoꝝ
⁊ superfluitates. B Arnoldus. No
se lapis.i.lapis borax est cuius duo sūt ge
nera. Unum subalbidum ⁊ aliud varium
C De bufonis capite trahūtur anteq̄
bibat vel aquam tangat D Et forte
in eis quandoq; apparet forma bufonis
cum pedibus sparsis.hic lapis valet con
tra morsos reptilium.⁊ ꝯ venenū.





Ca.xxviij.

Callaica. Carcedonius z Calcophanus. Ysidor⁹ Callayca est gēma colore viridis z pallens acnimis crassa. nihil iocūdi⁹ decensqz auro. Ūñ z appellata nascitur in indis vel germania in rupibus gelidis. Oculi modo extuberans: Exli: de na. rer. Carcedonius in ethyopia nascit. velut ignis lucet. sed pallentis speciem ꝛtinet. Semperqz detentus pallore. Colorem hz medium inter iacinctum z berillum Quisi ptusus sit z collo vel digito serat. causas vincere phibet. Qui⁹ sp̄es tres esse dicunt.

Operationes.

A Arnoldus. Calcophanus est gēma nigra sz eris tinnitū rddit si lapide fuerit illisa. B Arnoldus. Calcophanos nigri coloris lapis clarificat vocem. prohibet raucedinem C Exli. de na. rer. Calcophan⁹ sonorus ac dulcis ista eris. B Si ferro vel ere pcutiat vocem qz sonoram ac dulcez reddit si portetur ab homine casto.

Ca.xxix.

Carbunculus. Exli: de na. rerum. Carbuncul⁹ est lapis oiū p̄ciosissimus atqz carissim⁹. et oiū lapidum phibet vtutib⁹ p̄dict⁹. Qui⁹ color igneus est: z nocte magis q̄ die lucet. Nam die obscurat. nocte vo tū ꝛfulget. vt circa se noctē quasi in diē vertat: Ex lapidario Ardentes superat gēmas carbuncul⁹ omnes. Nam velut ignitus radios iacit vndiqz carbo. Quius nec tenebre possunt extinguere lucem. Quin flāmas vibrās oculis mittat aspicientem.

Operationes.

A Arnoldus. Carbunculus est gēma rubicundissima in obscuro et tenebris lucens vt carbo. Colore virtutibusqz supat omnes gēmas ardentes. Sola eū habet omnes. que in ip̄is sunt virtutes. Suntqz p̄ter illam. xij. species minus ea vtiles. B Ysidorus. Carbunculi genera sunt duodecim. sed p̄stantiores qui videtur fulgere ac velut ignem effundere. C Et dicit Alueredus q̄ est sigillum lapidus Alij vero quia carbunculus potest imprimere figuram suam omni alij lapidi z nō econtra.





Ca.xxx.

Calx. Ysi. Calx viua dr̄. qr dū tactu frigida sit occultū ignez intus hz. Vñ ⁊ aq̄ ꝑfusa statim latēs ignis erumpit. natura eius mira facit. Nā aq̄s accendit̄ q̄bus solz ignis accēdi. Vsus eiꝰ est structuris fabrice necessariꝰ. Nā lapis lapidi nō p̄t adherē fortiꝰ. nisi calce ꝯiunctus. Et calx q̄dē e lapide albo ⁊ duro melior ē structuris. Ex molli v̄o tīcturis vtil'.

Operationes.

A Vui. in. ij. cañ. Calx est cinis corporꝝ lapidosoꝝ. Illa q̄dē quā aq̄ nō tetigit et illa quā aq̄ tetigit cū remanet extincta duobus diebꝰ aut tribꝰ tūc nō adurit sz tm̄ calefacit. B Et abluta q̄dē dcā ē ⁊ exiccatiua sine mordicatōne. C Calx v̄o bibita cū oleis fit maturatīa. D Calx fluxū sanguīs abscindit carnē additā corrodit. ⁊ abluta ꝯsolidat Ignis adustioni ꝯfert. E Constan. Calx ē ca. ⁊ sic. ī. iiij g̃. Que mixta sero ⁊ oleo pustl'as ⁊ ap̄ata putrida hñtes iuuat. vulneraq̄z ⁊ īcisionē solidat. F Razi ī Alman. Calx ca. est adurit ⁊ carnē sup̄fluā corrodit: fluxū sanguinis cōstringit. que cū lauat̄ adustioni ignis confert.



Ca.xxxj.

Caristeum ⁊ Numidicus. Ysido. Caristeū viridē optimū q̄d nomē ab aspectu hñs eo q̄ g̃tū sit his q̄ gēmas sculpūt. Eius em̄ viriditas reficit oculos. Idem. Numidicū marmor numidia mittit. q̄d cutē cotē succū dimittit croco similē. vñ ⁊ nomē accepit. Non crustis sz in massa. ⁊ liminū vsui aptū. Tesfrian a calore cineris appellat̄. cuius alligatō cōtra serpentes laudat̄.



Ca.xxxij.

Calefarios: ⁊ coranticas vel corauium. Albertꝰ. Lapis calefarios siue calcofanos ⁊ est niger.

Operationes.

A Virtus eius est vocē clarificare ⁊ raucedinem mederi. B Idē Albertus. Lapis coranticas est lapis cristallo simil'. īfecto colore ceruleo. q̄ dr̄ cadere aliqñ de nube cum tonitruo et inuenitur in graya ⁊ hyspania. sed hyspanus est candens vt ignis: C Prouocat dulces somnos. ⁊ ad prelia: ⁊ causas vincendas. ⁊ contra periculum tonitrui dicitur operari. Hoc similiter ait Enax.



Ca.xxxiij.

Celidonius: Dyascorides: Celidonius inuenit in ventribus hyrundinū. Cuius genera sunt duo Niger et ruffus que colligūtur captis pullis yrundinum et scissis eorum ventribus inueniuntur.

Operationes.

Albertus. Ruffus involutus panno lineo vel corio vitulino et sub sinistra assella gestatus dicitur valere contra insaniā. et antiquos languores. et lunaticam passionem et epilentiam eodem mō portatus. Enax autem dicit q̄ facundum gratum et placentem reddit gestantem se. niger autem vt Joseph dicit cōtra nocivos humores et febres et iras operat. Et lotus aqua sanat oculos. Sunt autem hij lapides parui valde et tales iam vidimus per socios nostros de stomacho yrūdinum extractos de mense augustu. tunc enim extracti magis valere dicunt. vt frequenter autem duo simul in vna yrundie inveniunt. Dyascorides. Ruffus em̄ sanat lunaticos et lāguidos et insanos in panno mundo ligatus. et in sinistro brachio egroti circūligatus. p̄terea facit gratissimos portantes se facundos et amabiles et ydoneos. Niger gestatus similiter optimū finem imponit. ad omnes iras regum et dn̄orum ydoneus est. Nam qui eum habuerit omnibus placebit. et ad arbitrium suū cuncta perducet. Sed cui dolent oculi teritur cū aq̄ et inungunt et sanabuntur. Sed cū tolluntur lapides cauēdum ne pater aut mater ꝓpe sit q̄ meliorē effectū bēbunt.



Ca.xxxiiij.

Celonites et Cymedia. Ysidorus. Celonites est lapis purpurei varijq̄ coloris Hunc testudo mittit et diuinatorem illum facit. Qui hunc sub lingua gestauerit Atbec virtus ip̄i tantū modo tunc inest. cum luna primo accensa crescens est. Penoytes in vltimo descendente sic vult aaron de virtutib⁹ lapiduz. Nec hic lapis ab igne corrumpit.

Operationes.

Celonites est indice testudinis oculus varius et purpureus. hoc magi impositio lingue fingunt futura p̄nūciare Et lapiō. Indica testudo lapidē mittit celonitem. Gratū purpureo varioq̄ colore nitentē. Quez sub lingua lotosi q̄sq̄ gesserit ore Posse magi credūt hūc diuīare futura. Orto mā e die sextā dūtaxat ad horā

Tempore quo lune succescere cernitur orbis. Sed luna prima lapidis predicti potestas. Tocius fertur spacio durare diei. Quinte post decimā cōcordant tpe lune. At detrimenti maris in tpe toto. Aū diē tm̄ lapidi manet illa potestas. Est etiam nulli lapis hic obnoxi⁹ igni. C Idez Ysidorus. Cimedia est gēma que inuenit̄ in cerebro piscis eius nominis. candida ⁊ elōga. his presagire dicunt̄ magi signa tranquillitatis ⁊ tempestatis.



Ca.xxxv.

C Erusa. Platearius. Cerusa flos plumbi est. ⁊ est fri. ⁊ sic. in. ij. g̃du hanc qui faciunt sepius incurrūt appoplexiam. epilentiam. paralisim. arteticam. propter frigiditatē aceti dissoluentem ⁊ mortificantem.

Operationes.

